**Tractatus de glandula thyreoidea tam sana quam morbosa inprimis de struma eiusque causis atque medela / [August Wilhelm Hedenus].**

**Contributors**

Hedenus, August Wilhelm, 1797-1862.

**Publication/Creation**

Lipsiae : B.G. Teubner for Weidmann, 1822.

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/hr6795mm

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

62602/B

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF LONDON

Accession Number

Press Mark

HEDENUS, A.W.

LB 5

# TRACTATUS

DE

# GLANDULA THYREOIDEA

TAM SANA QUAM MORBOSA

INPRIMIS

# DE STRUMA EIUSQUE CAUSIS ATQUE MEDELA

---

AUCTORE

AUGUSTO GULIELMO HEDENO

SAXONE

---

ACCEDUNT TABB. V AENEAE AB I. F. SCHROETERO SCULPTAE

---

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
MDCCCXXII

IMPRESSIT BENEDICT GOTTHILF TEUBNER

Chirurgia, eximio Medicinae, ingenuarum artium ac disciplinarum comitatu ornata atque arctissimo vinculo cum iiſ conjuncta, continuo tramite ad altiora et meliora contendit, plantae instar, quae in floris tenetur desiderio.

Hedenus.

H6

VIRO ILLUSTRI

EXCELLENTISSIMO EXPERIENTISSIMO
DOCTISSIMO

# CAROLO FERDIN. GRAEFIO

MED. ET CHIRURG. DOCTORI, PROFESS. CHIRURG. IN UNIVERSITATE LITTERARIA BEROL. P. O., REGI BORUSS. A CONSIL. INTIMIS, NEC NON A CONSIL. RER. MEDIC. ET SANITAT. PUBL. TUENDAE SUPREMIS, ORDINIS AQUILAE RUBRAE CLASS. TERT. ET CRUCIS FERREAE CLASS. SECUND. EQU., LEGIONIS HON. REGIS FRANCO-GALLIAE DECUR., ORDINIS RUSSIC. ST. ANNAE ET SUECICI WASAN. IN CLASSE SECUND., RUSSICI ST. WLADIM. IN CLASSE QUARTA EQUITI, INSTITUTI REG. CHIRURG.-OPHTHALM. CLINICI DIRECTORI, PROFESS. O. IN REG. INSTIT. MILIT. MEDICO-CHIRURG. FRIDERICI GULIELMI, REG. SOC. FACULTATIS MEDICAE PARISINAE SODALI PER EPISTOLAS ORDINARIO, SOCIETATIS AEMUL. PARISINAE SOCIO PER EPISTOLAS EXTRANEO, SOCIET. CAESAR. NATUR. CURIOS. MOSCOV., SOCIET. REG. SCIENT. GOTTING., SOCIET. PHYSICO-MEDICAE ERLANG., SOCIETAT. NATUR. SCRUTAT. HALENSIS, ALIARUMQUE SODALI

FAUTORI ET PATRONO

OMNI PIETATIS ET OBSERVANTIAE CULTU

AETERNUM COLENDO.

GRAEFIO IMMORTALI

SALUTEM ET OFFICIA

AUCTOR

Cum neque haberem, quod TUA magnopere interesset a me scribi, et TE scirem summis occupationibus assidue esse districtum: tamen faciendum mihi putavi, ut aliquid omnino ad TE litterarum darem, atque libellum TUO nomini inscriptum ad TE mitterem: jam enim aliquot abhinc annis ita sum incensus laudibus TUIS, ut statuerem, TIBI quidem primum, deinde etiam aliis, aut meum in TE celebrando ingenium, aut certe voluntatem aliquando ostendere. Quare cum haec jam longum per tempus increbuerit consuetudo, ut, de quibus optime sentimus, iis dicata esse et eorum nomine insigniri nostra scripta

cupiamus: mittendum putavi ad TE, dum aliquid interim fortasse praestantius adornatur, volumen hocce disquisitionum mearum, quas ego nequaquam edere animum induxissem, nisi me suadentis atque etiam petentis Parentis mei movisset auctoritas. Ad meum enim officium valde pertinet, TE de nobis optime meritum intelligere, et quo TE studio colam, et qua TUORUM in me meritorum memoriam religione conservem, quod, ut spero, consequar litterarum bono; nam, ut remunerare unquam possim, sperare vix audeo: ita multa sunt, quae ad me juvandum officia sunt a TE profecta; ut enim omittam, quam honorifice de Parente meo et loqui et sentire solitus sis, cum ita dicas, TIBI nullius olim jucundiorem consuetudinem fuisse, nullius cariorem nunc esse memoriam: ut igitur hoc omittam, quod in summi beneficii loco soleo ponere: quanti illud apud me debet esse ponderis, quod me adolescentem Vir Clarissimus, non TU quidem sopitum, sed tardiorem fortasse, quam oporteret, ad studium Chirurgiae excitasti: cujus temporis

recordatio mirifice me delectat; sic enim argumentor: TE, cujus judicium est acerrimum, nunquam me ad Chirurgiam fuisse cohortaturum, si TE frustra id facere existimasses: tantum autem Virum, quantus ipse omnium consensu gentium et es, et haberis, de nobis non pessime sperare, mihi perjucundum est cogitanti: apud alios, si qui audient, etiam honorificum. Quare nunc quidem id, quod mihi pro TUA summa humanitate facillimum est, ago, ut, quem pro tot ac tantis officiis animum debeo, eum me praestare TIBI persuadeam; quod si per eam viam, qua ad artem chirurgicam iter est, tantum procedam, quantum profecto, nisi me aliqua res impedierit, procedam: nae illud etiam aliquando efficiam, ut TE de nobis esse bene meritum magnopere laeteris? TE interim si rogem, ut, quemadmodum instituisti, me diligas, faciam imprudenter: neque enim dubitandum est, quin TU velis in eadem erga me voluntate cum humanitatis, tum constantiae causa permanere; magis illud mihi est elaborandum, ut omnes res, quae ad TE

colendum pertinent, studiose faciam; quarum si ullam sciens praetermisero, nefarie me peccasse confitebor. Vale ordinis nostri decus, diuque vive ad Academiae Berolinensis gloriam

Laus Asclepia, duplicisque Phoebi,
Qui plectrum ferit, et potens medendi
Fatorum dominas ministrat herbas.

Lipsiae Cal. Jan. MDCCCXXII.

## LECTURIS SALUTEM
### AUCTOR

Duo sunt praecipue momenta, quorum rationem habere solent, qui primos ingenii fructus, si bene maturi sunt, in publicum efferre et communicare cum omnibus volunt: alterum scilicet, ut materiam proponant utilem; alterum, ne tractent argumentum adeo excussum. Ejusdem quoque conditionis esse puto argumentum, cujus nunc pertractationem suscepi, dum mihi jam animus est, Volumen hocce disquisitionum mearum, quas ego nequaquam edere animum induxissem, nisi me suadentis atque etiam petentis PARENTIS MEI movisset auctoritas, evulgare.

Etenim cum pro juvenili nostra aetate atque experientia destituti nova principia, quae practicam argumenti rite evoluti adplicationem magis

respiciant, in medium proferre non possimus, consultius existimavimus, e clarissimis scriptoribus omnia, quaecunque altiora spirant, et in tractatione nostra de glandula thyreoidea tam sana, quam morbosa eademque inprimis strumosa ad physiologiam, pathologiam et ad therapiam spectant, congerere, quam in excogitandis novis opinionum commentis, quibus nec auctoris ingenium veritatem conciliare possit, nec aetas auctoritatem, tempus terere.

Jam vero Lectores doctissimos oro atque rogo, ne opusculum hocce nostrum, cui non exiguum per biennium navavimus laborem, prorsus dedignentur, sed pro indulgentia sua ipsorumque in praestantissimos scriptores, e quibus haec omnia sunt desumta, studio, aequi bonique consulere velint. Quod si qua ex parte fuero consecutus, summum me operae meae fructum cepisse putabo; sin minus, mihi tamen gratum erit, si me saltem voluisse homines intellexerint. Praeterea omnem refutationem argumentis nitentem semper accipiemus benevolo animo, imitantes *Socratis* exemplum, qui *Platone* auctore in disputationibus ita versari solebat, ut cuperet inferior potius, quam superior discedere, quod ratione victus, falsis opinionibus, si quas animo comprehendisset, liberaretur.

# INTRODUCTIO

Antequam de multis variisque morbis, quibus glandulae thyreoideae textura atque structura afficitur, disseramus, de glandula thyreoidea in statu sano nonnulla nobis sunt dicenda, quo tutius ad disquisitionem morborum ejus progredi possimus. Haec quidem in priore, pathologiam vero et therapiam in posterioribus hnjusce opusculi partibus exponemus. — Quae vero de glandula thyreoidea in statu sano dicenda sunt, ea natura sua fere communia esse oportet; communia vero dicere quam sit difficile, monuit *Horatius Flaccus* [a]). Augetur tamen inprimis haec difficultas, cum multa in iis, praesertim quae pertinent ad officium glandulae thyreoideae ejusque ductus

a) De art. poët. v. 128. Difficile est proprie communia dicere. — —

excretorios, de quibus Anatomici adhuc dissentiunt, jam inde ab antiquissimis temporibus diversis Medentium judiciis et disceptationibus exagitata fuerint inque utramque partem disputata. —

Quam quidem opinionum et monitorum varietatem ac dissensionem (etsi breviter tantum) exponere atque praeponderare et nonnullas qualescunque de ista physiologiae parte cogitationes afferre a munere nostro haud alienum videtur; ideoque primum de glandula thyreoidea in statu sano disseremus, ut veluti viam certam rectamque nobis muniamus de mutationibus glandulae thyreoideae in statu morboso dicendi. —

Aget igitur:

# PARS PRIOR

## de glandula thyreoidea in statu sano.

Scripta ad anatomiam et physiologiam glandulae thyreoideae facientia. . . . . . §. 1

## CAPUT I.

### Anatomia glandulae thyreoideae.

Situs et nexus glandulae thyreoideae. . . . — 2.

Figura gl. thyre. . . . . . . . . . . — 3.

Divisio gl. thyre. . . . . . . . . . §. 4
Isthmus gl. thyre. . . . . . . . . . — 5
Magnitudo gl. thyre. . . . . . . . . — 6
Pondus gl. thyre. . . . . . . . . — 7
Color gl. thyre. . . . . . . . . . — 8
An sit glandula thyreoidea propria tunica instructa? — 9
Substantia gl. thyre. . . . . . . . . — 10
Musculi, qui glandulae thyreoideae incumbunt. . — 11
De vasis sanguiferis, quibus ipsa scatet. . . . — 12
De nervis gl. thyre. . . . . . . . . — 13
An sit glandula thyreoidea ductibus excretoriis instructa? . . . . . . . . . — 14
Differentia gl. thyre. ratione sexus et aetatis. . . — 15
Anatomia comparata gl. thyre. . . . . . . — 16

## CAPUT II.

### Physiologia glandulae thyreoideae.

De quaestionis propositae momento rite aestimando. — 17
Opiniones eorum, qui ductus excretorios non viderunt, eosque negant. . . . . . . §. 18 — 25

# PARS ALTERA

## de glandula thyreoidea in statu morboso.

Auctores et delineatores. . . . . . — 26

# CAPUT I.

## Vitia organica glandulae thyreoideae.

### A) In genere.

Laesiones mechanicae glandulae thyreoideae. . . §. 27
Inflammatio gl. thyre. . . . . . . . — 28
Suppuratio gl. thyre. . . . . . . . . — 29
Induratio gl. thyre. . . . . . . . . — 30
Gangraena aut sphacelus gl. thyre. . . . . — 31
Intumescentia gl. thyr., a) quae struma audit, quam vero infra nobis ulterius examinandam reservamus. b) ex qua puellae ad pubertatis annos accedentes, et virgines recens gravidatae laborant. . . . — 32
Tumores diversissimae naturae in glandula thyre. formati. — 33
Aggregatio materiae peregrinae. . . . § . 34 — 35
Tela cellulosa, quae glandulam thyreoideam circumfundit, sedes est variorum tumorum. . . . . . — 36
Mutatio musculorum morbosa, qui super anteriorem glandulae thyreoideae faciem se disjiciunt. . . — 37
Vitia vasorum gl. thyre. . . . . . . . — 38
Mutationes nervorum, qui ad glandulam thyreoideam eunt, vel hic proximae viciniae jacent. . . — 39

### B) De struma.

I. Onomatologia et homonymia. . . . . . . — 40
II. Natura et forma strumae. . . . . . . — 41
1) Differentia strumae a tumoribus cysticis. . . — 42

2) Differentia strumae a scrophulis. . . . §. 43
3) — — ab aneurysmate carotidis. . — 44
4) — — a scirrho gl. thyre. . . — 45
5) — — a pharyngocele. . . . — 46
6) — — a bronchocele. . . . . . — 47

## CAPUT II.

### Aetiologia.

A) De morborum glandulae thyreoideae causis. . . — 48
B) De strumae causis. . . . . . . . . — 49

## CAPUT III.

### Prognosis.

A) De morborum glandulae thyreoideae decursu et exitu. — 50
B) De strumae decursu et exitu. . . . . . — 51

# PARS POSTERIOR

## de strumae cura.

Cap. I. De strumae cura, quae cum superstitione quadam conjuncta est. . . . . . . . . . — 52
Cap. II. De strumae cura prophylactica. . . . . — 53
Cap. III. De strumae cura medica. . . . . — 54
Cap. IV. De strumae cura chirurgica. . . . — 55
1) Venae sectio. . . . . . . . . . . — 56
2) Frictio et compressio. . . . . . . — 57

3) Vesicatoria et ulcera artificialia. . . . . . §. 58
4) Caustica. . . . . . . . . . . — 59
5) Ustio. . . . . . . . . . . . — 60
6) Incisio vel scarificatio. . . . . . . — 61
7) Setaceum. . . . . . . . . . . — 62
8) Paracentesis. . . . . . . . . . . — 63
9) Bronchotomia, si suffocatio immineat. . . — 64
10) Ligatura arteriae thyreoideae super. . . . — 65
11) Ligatura in radice strumae applicata. . . . — 66
12) Exstirpatio glandulae thyreoideae strumosae. . — 67

# PARS PRIOR

## *de glandula thyreoidea in statu sano.*

### §. 1.

### *Scripta ad anatomiam et physiologiam glandulae thyreoideae facientia.*

a) Opera, quae in universum tantummodo ad hanc materiam respiciunt.

*Columbus* (Matthae. Reald.), incis. Patav., de re anatomica libr. XV. edit. Venetiis 1559. fol. vid. lib. IX. de glandulis. p. 214.

*Casserius* (Julius), de vocis auditusque organis historia anatomica, Ferrariae 1600. de larynge, lib. III. c. 1.

*Warthonius* (Thom.), incis. Londin., adenographia, sive glandularum totius corporis descriptio, Londin. 1656. p. 119. 120. rec. in *Mangetti* thesauro anatomico II. 734.

*Cowper* (Guil.), chir. et anat. Londin., the anatomy of humane bodies, Oxon. 1697. fol. *Bidloi* sunt tabulae, quas Anglicus bibliopola a Belgis redemerat, quibus vero *Cowperus* aliquas literas adjecit, atque expositionem auxit, cum anatomicis adnotationibus tum chirurgicis. vid. T. 21. T. 24. f. 7. Conquestus est de tabularum suarum abusu, neque immerito *Bidlous*. *Cowperus* respondet in Eucharistia, quam adjecit Glandularum quarundam nuper detectarum, ductuumque earum excretoriorum descriptioni, Londin. 1702. 4.

*Desnoues* (Guillaume), lettres à M. *Guillielmi*, Rome 1706. 8. lettr. 4. p. 154.

*Bellinger* (Fr.), tract. de foetu nutrito, or a discourse concerning the nutrition of the fetus in the womb by ways hitherto unknown. Londin. 1717. 8.

*Ruyschius* (Frid.), Prof. Amstelod., de fabrica glandularum in corpore humano, epistola responsoria ad H. *Boerhaave*, Leidae 1722. 4.

*Morgagni* (J. Bapt.), Prof. Batav., adversaria anatomica omnia, L. B. 1723. 4. Adv. I. T. I. 0. Adv. I. p. 33. 35. 36. 48 et 49. Adv. V. p. 66. Advers. VI. p. 119. c. fig. et ejusdem epistolae anatomicae novas observationes et animadversiones complectentes, Leid. 1728. 4. curante *Boerhavio*. Epist. IX. n. 30. 33. 34. 35. 36. 38. pag. 273. n. 39. pag. 274. n. 40.

*Santorinus* (J. Dominic.), Venet. illustr. anatomic. observationes anatomicae, Venet., 1724. 4. Leidae 1739. 4. pag. 114. 115.

*Winslow* (Jac. Benign.), magnum opus anatomicum, Paris. 1732. 4 et 12, Vol. 4. Tom. quart. pag. 589. 590.

*Heister* (Laurent.), Prof. Altdorf. et Helmst., Compendium anatomicum, Norimb. edit. 4ta 1732. 8. T. II. p. 24.

*de Bordeu* (Theophil.), Clinic. Paris. chylificationis historia, Montpell. 1742. recusa Paris. 1752. 12. cum tr. recherches sur les glandes, pag. 156. 159. 160.

*de Haller* (Albert.), Prof. Gotting., elementa physiologiae corporis humani Vol. I — VIII. Lausannae 1757 — 1766. 4. Tom. III. Lausannae 1760. 4. pag. 394. 395. 396. 398. 400. 403.

*Astruc* (Joh.), des tumeurs et des ulcères, Paris 1759. 8. 2 Theile, 1ster, p. 166.

*Bourgelat* Equil. Reg. in Gall. praefectus; élémens d'Hippiatrique, ou nouveaux principes sur la con-

naissance et sur la Médecine des Chevaux. Lyon 1770. II. Tom. P. 2. pag. 504.

*Mieg* (Achill.), specimen observationum anatomicarum. Basileae 1772. 4.

*Mayer* (J. C. A.), Prof. Berol., Beschreibung des ganzen menschlichen Körpers, mit den wichtigsten neuern anatomischen Entdeckungen bereichert, nebst physiologischen Erläuterungen, Berlin u. Leipz. 1783 — 1794. 1r — 8r Bd. 4ter Bd. p. 160.

*Soemmering* (S. Th.), vom Baue des menschlichen Körpers, Frankfurt am M., 1791 — 1796. 1 — 5 Th. 5ter Theil, 2te Abth. p. 41 — 43.

*Gautieri* (Joseph.), Tyrolensium, Carinthiorum, Styriorumque struma, observata et descripta. Vindob. 1794. pag. 97.

*Foderé* (Fr. Eman.), Essai sur le goître et le crétinage, Turin 1792. 8. A. d. Französ. von Dr. H. W. *Lindemann*, Berlin 1796. §. 11.

*Cuiver* (G.), Leçons d'anatomie comparée receuillies et publiées par C. *Dumeril.* V Vol. Paris 1799 — 1805. I — XIV. Vergl. Anat. IV. p. 382. n. Meckelii.

*Autenrieth* (Joh. Heinr. Ferd.), Prof. Tubing., Handbuch der empirischen menschlichen Physiologie, 3 Theile, Tübingen 1801 — 2. 1ster Theil, p. 270. §. 459. p. 272. §. 463.

*Hildebrandt* (Friedr.), Prof. Erlang., Lehrbuch der Anatomie des Menschen, 1 — 4. Bd. 2te Ausg. Wien 1802. 3ter Bd. pag. 343 — 347.

*Franck* (Joan. Petr.), de curandis hominum morbis, Epitome juxta ejus praelectiones etc. Editionem curavit *Jos. Eyerel* M. Dr. lib. 6. Viennae 1805. pag. 246.

*Tiedemann* (Fr.), Zoologie, Heidelberg. 8. 1r Band, 1808. 2ter, 1810. 3ter, 1814. 2r Bd. p. 688.

*Treviranus* (G. R.), vermischte Schriften anatomischen und physiologischen Inhalts, Göttingen 1816. 1 Bd. 8. p. 96.

*Iphoſen* (Aug. Ernst), der Cretinismus, philosophisch und medicinisch untersucht, 2 Theile, mit 7 Kupfertafeln; Dresden 1817. Th. I. p. 27.

*Carus* (Carl Gustav), Lehrbuch der Zootomie, Leipzig 1818. p. 571. 572. 573. 574.

b) Scripta, quae separatim quaestionem propositam via ac ratione explanant, et rem litterariam sententiarum diversitate, et locorum, quos laudant, multitudine locupletant.

*Hager* (Joann.), Prof. postea Viteb., Rp. Godofr. *Richter* (Jaenischwald - Neomarch.), de glandula thyreoidea in statu naturali ab ovulis verminosis libera contra Jacobum *Vercellonium* disputat. Viteb. 1721. 4.

*Vater* (Abrah.), Prof. Viteb., de ductu salivali in lingua noviter antehac detecto, nunc elucidato, confirmato, novisque experimentis adstructo, cum variis observatis et experimentis, una ductus excretorius tonsillarum ac glandulae thyreoideae. Viteb. 1723. 4. p. 16.

*Coschwitz* (Georg. Daniel.), Prof. Halens., de ductu salivali novo. Halae 1723. 4.

*Boecler* (Phil. Henr.), Prof. Argent., Rp. Frid. *Reebmann* (Argentoratensi), de thyreoideae, thymi atque suprarenalium glandularum in homine nascendo et nato functionibus. Argent. 1753. 4. p. 11. 13.

*Mayer* (Joan. Christ. Andr.), Prof. postea Berol., Rp. Joanne Gaup (Hirschberga - Silesio), hypothesin novam de secundaria quadam utilitate glandulae thyreoideae defendit. Traject. ad Viadr. 1785. 4.

*Hecker* (Aug. Frieder.), Prof. olim Erford. postea vero Berol., über die Verrichtung der kleinsten Schlagadern und einiger aus dem Gewebe der feinsten Gefäſse bestehender Eingeweide: der Schild - und Brust-

drüse, der Milz, der Nebennieren und der Nachgeburt. Erfurt 1790. 8.

*Schreger* (Bernh. Nath. Gottl.), Prof. Erlang., fragmenta anatomica et physiologica. Fascic. I. Lipsiae 1791. 4. c. tab. aen. p. 16—19—26. IV. de glandulae thyreoideae officio hypothesis.

*Loder* (Just. Christ.), Prof. olim Jenensis, nunc vero Archiatri Russici, examen hypotheseos de glandulae thyreoideae usu. Jenae 1797. 8.

*Schmidtmueller* (Joh. Ant.), Prof. Landshut., über die Ausführungsgänge der Schilddrüse. Ein Schreiben an S. Th. *Soemmering*. Landshut 1804. 8. cum icone.

c) Disputationes:

*Roesslinus* (Euchar.), qui latino nomine se Rhodionem dixit, diss. inaug. physiol. med. de differentia inter foetum et adultum, Argent. 1513. Sect. I. p. 33.

*Vercelloni* (Jacob.), Pedemontani, de glandulis oesophagi conglomeratis, humore vero digestivo et vermibus. Diss. inaug. anatomico-medica I. Astae 1711. 4.

*de Westhofen* (Herm. Werner. Engelb.), Diss. inaug. medica de angina ex obstructis glandularum thyreoidearum lymphaticis vasis deducta, Lemgov. 1718. 8. p. 42. Auctor *Ruischii* sententiam diductius exponit.

*Lauth* (Joan. Georg.), Argentoratensis, Diss. inaug. med. de glandula thyreoidea. Argent. 1742. 4.

*Ackermanni* (J. F.), sententiam de officio glandulae thyreoideae notavit *Leonhardi* (Henr. Ferd. Fridr.) in diss. anatomico-physiol., historiae systematis glandulosi specim. prim. etc. Dresdae et Viteb. 1813. pag. 27.

d) Commentationes tum a societatibus litterariis evulgatae, tum in aliis operibus recusae.

*Evertzen* (Petri), Mediob-Zelandi, Diss. inaug. anat.

chirurg. de glandula thyreoidea. L. B. 1708. 4. cum iconibus. Recusa in A. *Halleri* disput. anatomic. select. Vol. IV. p. 701. et sequ. c. icon.

*Heister* (Laurentius), nova et accurata glandulae thyreoideae, glandularum bronchialium et asperae arteriae cum praecipuis ramis in magnitudine naturali delineatio, Ephem. N. C. Cent. VII. VIII. Norimb. ann. 1719. observ. LXIII. p. 365 — 68. vid. p. 366. 368.

*Duvernoy* (J. Georgius), Diss. de ductu salivali *Coschwitziano*, *Hallero* respondente, Tübing. 1725. 4. et in ejusdem collectione rec. videas etiam *Comm. Acad. Imper. Petropol.* Tom. VII. qui respondet annis 1734. 1735. pag. 216. 217.

*Steller* (Georg. Guiliel.), Diss. curiosissima de bestiis marinis, urso marino et leone marino, utroque de phocae genere, deque manati et lutra marina vellere nigerrimo reperitur in *Nov. Act. Acad. Petrop.* T. II. 1742. Germanice prodiit Halae 1753. 8. Beschreibung sonderbarer Meerthiere.

*L'Alouette* (Petr.), recherches anatomiques sur la glande thyréoide, dans les *Mémoires* de Mathématique et de Physique présentées à *l'Academie Royale* de sciences. T. I. Paris 1750. p. 159 — 9. T. 2. f. 4.

*Güntz* (Juste Godefroy), observation anatomique sur la glande thyréoide. Dans les mêmes *Mémoires*. T. I. p. 283. 284.

*de Haller* (Albert.), Tubingae sub praesidio Auctoris J. Georg. *Duvernoy* a. 1725. 4. defendit disp. de ductu salivali *Coschwitziano*. De eodem ductu, visis apud ipsum inventorem venis, quas pro ductu salivali habuerat, Leidae repetita sua manu incisione linguae, partium vicinarum, et potissimum arteriarum, edidit Leidae 1727. 4. disputationem, qua experimenta et dubia circa ductum salivalem novum *Coschwitzianum* producuntur. Recusa est in *Operum minorum*. T. I. Lausannae 1762. 4. paulum emendata.

*Wolf* (Car. Frieder.), Prof. Petropol., in *novis actis academiae scientiarum imperalis Petropolitanae.* 4. 1779. P. II.

*Ballantii* et *Uttini* sententiae de usu glandulae thyreoideae reperiuntur in *Comment. Bonon.* Tom. VI. 1783. ac Tom. VII. 1784.

*Schelver* (Fr. J.), Prof. Heidelberg., in *Wiedemann's* Archiv für Zoologie und Zootomie. Braunschweig 1802. 3ten Bandes 1stes Stück. pag. 180 sequ.

*Rush* (Benj.), de functione et morbis lienis, hepatis, pancreatis et glandulae thyreoideae; in *medical and physical Journal* Vol. XVI. Sept. 1806. p. 193. Cfr. *Sammlung auserlesener Abhandlungen* für practische Aerzte. XXIII. Bd. S. 547 — 549. Leipzig 1806.

*Meckel* (Frider.), Prof. Halens., über die Schilddrüse, Nebennieren und einige ihnen verwandte Organe. In Ejusdem *Abhandlungen* aus der menschlichen und vergleichenden Anatomie und Physiologie. Halle 1806. 8. p. 94. et sequ.

*Hofrichter* (Bened.), über den Nutzen der Schilddrüse; vid. J. Fr. *Meckel deutsches Archiv* für die Physiologie, 6ter Band. 2tes Heft, Halle und Berlin 1820. pag. 161 — 186.

# CAPUT I.

## Anatomia glandulae thyreoideae.

*Non uno contenta valet natura tenore,*
*Sed permutatas gaudet habere vices.*

(Petronii Arbitri Fragm. p. 171. ed. Di. S. S. Lugd. Batav. MDCXLV.)

§. 2.

*Situs* et *nexus.* Glandula haecce, Warthonio sic dicta thyreoidea, quae a cartilagine cognomine nomen accepit, una ex maximis corporis humani glandulis est, in parte colli anteriore infra mediam cartilaginis thyreoideae partem sita. Ad arcum cartilaginis cricoideae anteriorem praecipue [1]) et ad primos tracheae annulos cartilagineos laxius cellulosis fibris adhaeret, etiam ad oesophagum. [2]) Ab utraque parte ad cartilaginem thyreoideam adscendit, levique tela cellulosa ad utrasque illius partes laterales alligata est.

§. 3.

*Figuram* quodammodo semilunarem aut speciem crescentis lunae haec glandula propter marginis superioris curvaturam sistit, cujus cornua sursum, corpus vero deorsum ita spectat, ut tota forma quodammodo soleae ferreae similis sit.

1) *L'Alouette* l. c. p. 160. — *Güntz* l. c. p. 284. 2) *L'Alouette* l. c. p. 161.

§. 4.

*Divisionem* ejus quod attinet, constat ex tribus partibus. Duos laterales lobos ad cartilaginem scutiformem adscendentes cornua lateralia salutare amant anatomici; plerumque pares sunt, vidit tamen *Hallerus* [3]) dextrum longiorem fuisse. Conicus uterque et obtusus est. [4]) Media vero ex conjunctione horum majorum cornuum epiphysis parva aut appendix oritur. Quae appendix cornu medium glandulae thyreoideae dicitur. Haec columna [5]) a *Bidloo* picta [6]) alias cylindrica, alias alterne contracta et dilatata. Sursum saepe gracilescit [7]), alias sursum crassior fit. [8]) Plerumque ante membranaceum summae cartilaginis thyreoideae, et ossis hyoidis intervallum gracili fine terminatur [9]), aliquando adeo longa, ut etiam pone os bicorne producatur. [10]) Alias brevior est, et ad hilum cartilaginis thyreoideae sui finem facit. Rarum est, quater tamen vidit *Hallerus*, [11]) nullam ejusmodi appendicem fuisse. Frequenter sinisteriora [12]) tenet, aliquando tamen dexteriora. [13]) *Hallerus* [14]) vidit, propriam eam etiam glandulam fuisse, quae ante mediam cartilaginem thyreoideam ponebatur, neque ad

---

3) Elem. physiol. l. c. p. 395. 4) *Heister* Ephem. N. C. cent. c. tab. 6. f. 2. 5) *Morgagni* Adv. I. T. I. o. — *L'Alouette* l. m. p. 167. n. 581. Non habet *Evertzen.* 6) Pingitur reclinata in anat. corporis hum. 105. tab. illustr. T. 24. f. 8. 7) *Morgagn.* ibid. — Pyramidem vocat *L'Alouette* l. c. p. 163. addit in viro planiorem esse. 8) Varietates vidit *Morgagnius* Epist. IX. n. 34. n. 36. 9) Finiri ante basin ossis hyoidis *Winslow.* l. l. n. 589. Etiam hic varietates recenset *Winslow.* l. c. — *Morgagn.* Epist. IX. n. 36. — 10) *Morgagn.* Epist. IX. n. 36. — *L'Alouette* p. 163. — *Güntz* p. 284. Ea parte cellulosa tela adhaeret. 11) Elem. physiol. T. c. p. 395. Nullam *Morgagnius* fuisse vidit Adv. VIII. n. 34. Adv. VI. p. 119. 12) *Santorin.* l. c. p. 114. 13) *Morgagn.* varietates habet. Epist. IX. p. 267. 14) Elem. physiol. Tom. cit. p. 396.

thyreoideam pertinuisse. Vidit *Guntzius* [15]) duplicem appendicem, et bifurcatam *Morgagnius.* [16])

§. 5.

Pars ejus anterior convexa, ad medium vero modo major, modo minor, interdum animadvertitur impressio, quae *isthmus* vocatur, quoad nempe pars media (cornu medium) major vel minor est. Posterior vero secundum formam tracheae, cartilaginumque, quibus inhaeret, concava reperitur. Isthmum [17]) illum, quo duo lobi conjunguntur, inventum ab *Eustachio* [17]), *Casserius* [17]) restituit et J. v. *Horne.* [17])

§. 6.

*Magnitudo* variat. Tegit interdum cartilaginis cricoideae arcum anteriorem, superiorem annulum cartilaginum asperae arteriae, interdum etiam duos annulos. *Hallerus* [18]) vidit glandulam in vetula inferiori loco positam, ut sola summa cornua ad imam cartilaginem thyreoideam venirent, imus isthmus ad sextum annulum descenderet. Interdum in utraque parte magis extenditur, interdum media crassior fit. In sexu feminino [19]) major, quam in potiori, et ratione proportionis in foetu et infantibus major, quam in adultis.

§. 7.

*Pondus* inventum est in adultis [20]) unciae unius.

---

15) c. l. p. 283. 16) Epist. IX. n. 36. 17) Explicatio tabularum anatom. *Barthol. Eustachii* ab *Albino* edit. Leidae 1744. T. 41. f. 8. — *Julii Casserii* tabul. anat. a *Spigelio* edit. Venet. 1627. fol. T. I. f. I. inde cum eodem, Amstel. 1644. fol. lib. IV. T. II. f. I. — *Joh. v. Horne*, Microcosmus s. manuductio ad hist. corporis humani, Leidae 1660. et postea c. amplis notis J. *Pauli*, Lips. 1707. 8. 18) Elem. physiol. tom. c. p. 395. 19) *Columbus* l. c. p. 214. Inde collum aequabile *Warthon.* l. c. et *Cowper* ad *Bidloo* l. c. T. 21. 20) *Soemmering* l. c. p. 41.

Nonnulli autem scriptores, illam in recens nato [21]) unciae unius, in juvene XXVIII. annorum drachmarum septem ponderis invenisse affirmant. [22])

§. 8.

*Color* exterior in foetu ex sanguinis copia fere rubet, in adultis [23]) hominibus aut ruber est pariter, aut expallescit, in feminis etiam magis. [24])

§. 9.

Glandula thyreoidea propria quidem *tunica* instructa non est, sed magis tela [25]) cellulosa saepius densissima, quae plus minusve in illam descendit, circumdata et hoc modo vicinis partibus annexa.

§. 10.

*Substantia* ejus interna spongiosae, valde laxae est texturae, magna vasorum quantitate praedita. In inflata et exsiccata aut strumosa glandula cavernosam aut cellulosam ejus structuram optime perspici posse affirmat *Mayerus*. [26]) Rotundos sic dictos acinos glandulosos non vidit. [27]) Vesicularum aliquid simile a *Morgagnio* [28]) visum, deinde a *L'Alouette* repetitum. Ulterius in sano corpore inspectam et examinatam ex multis constare frustulis seu acinis glandulosis repererunt alii, illamque vocant glandulam conglomeratam. [29]) Glandula dissecta succus praecipue in foetu et recens nato flavus provenit. In ejus cellulis flaves-

21) *Boecler* l. c. p. 11. 22) *Warthon*. l. l. p. 119. 120. et *Soemmer*. l. c. p. 41. 23) *Güntz* l. m. p. 284. — *L'Alouette* l. l. p. 190. 24) *L'Alouette* l. c. p. 160. 25) *Güntz* l. c. 26) *L'Alouette* l. c. p. 165. — Beschr. des m. K. Bd. IV. S. 157. 27) *Morgagnius* tamen Epist. IX. n. 38. invenit eos in morboso corpore, sic *Lauth* in diss. cit. et *L'Alouette* l. c. p. 162. 165. 166. 28) Epist. IX. n. 38. p. 273. n. 39. p. 274. 29) *Ruyschius* et *Schmidtmuellerus* l. c.

centem [30]) humorem offendit idem Parisinus medicus, quem ut alii mollem, olei amygdalarum [31]) similem, insipide dulcem [32]) in tota undique glandula repererunt, et qualem in appendice gelatinam memorat *Duvernóy*. [33])

§. 11.

*Musculi*, qui glandulae thyreoideae incumbunt, illamque plus minusve degunt premuntque, sternohyoideus, ac sternothyreoideus, coracohyoideus et sternocleidomastoideus sunt, et latissimus colli, cui incumbunt integumenta communia ipsa; *Hallerus* [34]) de proprio musculo, levatore illius, mentionem fecit, quem non in omnibus quidem, in plerisque tamen mortalibus, [35]) plerumque sodali destitutum et imparem, plerumque sinistrum [36]) rarius quidem et in dextro latere [37]) et utrinque vidit. [38]) A parte cava, non penitus media, baseos ossis hyoidis [39]) suam originem tendineam ducit, finitimus hyothyreoideo, non tamen idem. [40]) Descendit cum columna glandulae media, et disjectis fibris super anterio-

---

30) Sic *Morgagnius* Adv. I. n. 35. — *Heister* Ephem. N. C. cent. VII. VIII. obs. LXIII. 31) Oleosum et viscidum *Fallopius* instit. anat. — Quasi olei globuli innatant, *Heister* Comp. anat. T. II. p. 24. In manati alter succus pene pultaceus est, nam duos continet *Com. Nov. Acad. Petrop.* T. VII. p. 315. 32) *Morgagnius* Epist. IX. n. 37. p. 271. 33) *Comm. Acad. Petrop.* T. VII. p. 216. 34) Elem. physiol. Tom. cit. p. 400 - 401. 35) Perpetuum facit *Schreiberus* in edit. *Douglassianae* myographiae p. 58. — Habet *Albinus* apud *Bohlium* de morsu, et *Heymannum* *Comm. Boerhaav.* p. 457. T. I. 36) *Eustach.* l. c. *Schreiber* l. l. 37) *Schreiber* l. m. 37) *Schreiber* l. c. Semel vidit *Hallerus*, sinistrum a cornu ossis hyoidis provenisse. 39) *Eustach.* T. 41. f. 5. 8. 40) Eundem esse *Duvernoy* l. c. Aberrantem ab eo musculo portionem habet *Cowper* T. 30. f. 1. nostri similem; sed qui in cartilagine thyreoidea maneat.

rem faciem glandulae [41]) se disjicit, et involucro ejus membranaceo eodemque celluloso adhaerescit. Sustentat glandulam, ne a pondere suo detrahatur.

§. 12.

Ratione *vasorum*, quae in glandulam thyreoideam copiose influunt, haec notanda sunt:

1) *Arteriae*. In quovis latere accipit duas magnas arterias nempe arteriam thyreoideam superiorem et arteriam thyreoideam inferiorem.

*a*) Arteria thyreoidea *superior* plerumque primus ramus est externae carotidis, idemque ex maximis [42]), neque raro omnino cerebrali arteriae aequalis, quam vulgo internam carotidem vocant. In vicinia divisionis carotidis provenit, ut aut tres [43]) omnino ejus trunci rami sint, aut paucis super secessionem cerebralis arteriae lineis thyreoidea nascatur. Trunco suo flexuoso introrsum descendit, et quidem cum superiori ora cujusque lobi lateralis glandulae cognominis, deinde eo tecta et posterior in sedem isthmi ejus glandulae venit, circulumque saepe cum compare perficit. Numerosas propagines, perinde flexuosas in eandem glandulam demittit, quarum surculi lobulorum majorem deinde acinorum intervalla perreptant, ut in glandulis conglomeratis solent. Appendix ejusdem glandulae surculos ab iisdem accipit, qui cum hyoideo ramo arteriae lingualis communicant. Alii surculi asperam arteriam adeunt et vicinos musculos, spatium membranaceum inter os hyoidis et cartilaginem thyreoideam, velamenta utriusque, pharyngem, denique thymum.

*b*) *Inferior* thyreoidea etiam ex praecipuis arteriis

---

41) *Eustach.* l. c. 42) *L'Alouette* l. l. p. 161. 43) *Güntz* de arter. maxill. p. 12. — *Halleri* Fasciculus III. iconum anatom. partium c. h. praecipuarum, Götting. 1747. fol. — *Haymann* Comm. in I. R. M. Tom. IV. p. 18.

et vertebrali aut aequalis aut demum major [44]), et tota nonnunquam reliqua subclavia amplior. [45]) Origo est a subclavia, anterius quam vertebralis, sed eodem fere loco paulum etiam exterius ad exteriorem scaleni prioris oram. Visa est ex arcu aortae [46]) prodiisse. Semel rarissimo exemplo ex carotide nasci vidit *Hallerus.* [47]) Idem vidit ad glandulam cognominem adeo exiguum ramum ivisse, ut negligi possit. [48])

2) *Venae*, quae sanguinem revehunt, magnae sunt. Frequenter sunt binae, quae ex subclavia sinistra sibi vicinae perpetuae ascendunt, et in universum locum tenent inferioris arteriae thyreoideae, ejusque ramos minores concomitantur. Alias altera ex ipsa venae cavae divisione [49]) et demum ex jugulari dextra aut a jugulari ejus lateris venit, aut tres omnino sunt, quarum duae in jugularibus, tertia a subclavia sinistra prodit. Rarius unica est, pariter ex sinistra subclavia nata. [50]) Medio ex thymo ad suam glandulam ascendunt, et in arcum egregium coalescunt, cumque superioribus et mediis thyreoideis etiam coëunt. Mediae venae thyreoideae fere duae [51]) utrinque ad venam jugularem internam pertinent, inter ejusdem venae originem et superiorem sui nominis natae. Cuti, spa-

---

44) *Halleri* Fasc. II. tabul. arter. inf. not. e. 45) Vidit *Hallerius* in recens nato puero diametrum subclaviae fuisse 00. 00. 09., diametrum thyreoideae inferioris 00. 00. 08., superioris 00. 00. 07. 46) *Vink* (Guil.) korte en klare beschryving der beenderen, spieren, en bloodvaten, Rotterd. 1745. 8. p. 50. 47) l. c. 48) Cfr. *Joan. Ern. Neubaueri* Rp. A. Chr. *Erdmann* (Gothano), descr. anat. arteriae innominatae et thyreoideae primae. Jenae 1772. 4. c. tab. aen. recus. in *Halleri* opusc. anat. coll., et Fr. *Meckel* Abhandl. l. c. p. 98. et sequ. 49) Veine gutturale *Winslow* T. III. Tr. des veines n. 64. 50) *Eustach.* T. 25. 51) Duas habet *Eustachius* T. 25. — Tres aut quatuor ex vena jugulari *L'Alouette* l. c.

tiis subcutaneis, et laryngi etiam prospiciunt. Cum superiori et inferiori trunco magnis anastomosibus solent convenire. — Vena thyreoidea superior unica, aut ex duabus radicibus in unam conjuncta, sed sodalis et vicina suae arteriae, ad supremam sedem cartilaginis thyreoideae et ipsa nascitur; editoque non raro ramo canino, aliquando etiam faciali ad cornu cartilaginis modo dictae, superius se applicat ante musculum sternothyreoideum, atque ad mediam fere sedem glandulae thyreoideae tendit introrsum, truncisque suis per cornu sui lateris descendit, et inter id cornu atque appendicem egregiam cum sodali coronam perficit, et maximis per faciem anteriorem hujus glandulae ramis distribuitur.

3) *Vasa lymphatica* a facie et capite in glandulam emergentia, ejusque ex folliculis cellulosis affluentia abeunt in truncos majores, qui venas jugulares concomitantur, et se glandulis lymphaticis ibi quam maxime copiosis insinuant.

§. 13.

*Nervos* accipit musculus glandulae thyreoideae a nervo hypoglosso, nervique arteriarum thyreoidearum proveniunt e nervo sympathico; an vero praeter hos substantia glandulae thyreoideae proprios adhuc habeat nervos, non sine summo labore cultro potuit demonstrari anatomico.

§. 14.

Hactenus cuncta facem praeferente anatomia oculis possunt subjici; ad obscuriora nunc delabimur ab adspectus judicio paulnlum remota, ad quaestionem nempe: *an sit glandula thyreoidea ductibus excretoriis instructa?*

Non deerant quidem varii scriptores, qui ductus glandulae excretorios, quibus succus inhaerens ad cer-

tum quendam locum veheretur, viderint, alii autem qui eos in dubium vocaverint, quin omnino negarint. Ejus generis ovale ostium in anteriore parte glottidis, proxime orificium ventriculi, sub angulo ligamentorum inferiorum *Morgagnius*[52]) vidit et *Santorinus.*[53]) Sic *Vaterus*[54]) credebat, se glandulam replevisse per canalem prope laryngem pervium. *Desnoues*[55]) paucis verbis, sed tamen certis, ductum ejusdem glandulae sibi inventum tribuit. *Coschwitzius*[56]) per foramen linguae coecum exonerari eundem adfirmat. *De Bordeu*[57]) super primum bronchi annulum ostiola, aut in ipso primo annulo ductus vidit, per quas vias glandulam thyreoideam inflavit, setasque immisit. Addidit, dissolutum per medicamenta thyreoideae glandulae tumorem in aquam discessisse, quam aeger per alvum egesserit. *Winslowius*[58]) aliud vidit ostiolum, cujus ipsa verba produco, cum non in omnium manibus sit magnum opus anatomicum: „occurrit, inquit, interdum fasciculus quasi chorda glandulosa, qui in parte anteriori cartilaginis decurrens disparet ante basin ossis hyoidis. Prodit haec chorda ex medio baseos communis portionum lateralium glandulae thyreoideae, et evanescit inter musculos sternohyoideos, retro basin ossis hyoidis, quasi inter basin hujus ossis et epiglottidis, cujus ope lingua basi adnectitur. Una ex his aperturis mihi visa est ut parva papilla perforata, sed ulterius prosequi hanc chordam non potui." *Duvernoius*[59]) ab appendice hujus glandulae canalem versus os hyoides deduxisse sibi visus est. *L'Alouette*[60]) in glandulam impulso flatu, lymphatica vasa versus thyreoideam et cricoideam cartilaginem

---

52) Epist. IX. n. 35. 53) l. c. p. 115. 54) l. c. p. 16. 55) Epist. cit. p. 154. 56) in diss. cit. 57) l. c. 156. 159. 160. 58) l. c. n. 590. 59) l. m. p. 217. 60) l. l. p. 162. 163. 166.

euntia, et in appendice illius vesiculam liquore glandulae impletam animadvertit, impulit aërem in illam, et glandula tota intumuit. *Uttini* et *Schmidtmuellerus* [61]) opinionis sunt, glandulam thyreoideam variis brevissimisque canaliculis cum viis respirationis correspondere.

Tantus numerus illorum auctorum, qui ductus glandulae thyreoideae excretorios viderunt, quantus quoque illorum, qui de existentia eorum dubitarunt, quin imo eam innecessariam declararunt. Jam *veteres* negarunt, quosdam adesse, nec de necessitate illorum fore, quoniam instar spongiae demittat humorem, superne deorsum fluentem. Sic *Galenus* [62]), aut quisquis est auctor ille, qui librum *de Voce* et *Anhelitu* scripsit, negat, eam glandulam quemquam ejuscemodi canalem obtinuisse, idemque docet *Casserius* [63]). Nec vero ex iis anatomicis, qui post *Placentinum* claruere, quemquam memini me legisse, qui in thyreoidea peculiarem ductum demonstraverit, etsi aliquot legi, qui de ejusdem usibus ita scribunt, quasi eam intra laryngem ductum promittere constaret. *Heisterus* [64]) multum desudavit in elicienda glandulae hujus structura, ut suam de ductibus illis sententiam explanare possit; et licet hae glandulae ita sint locatae, ut tam oesophago, quam asperae arteriae adhaereant, tamen illam conne-

---

61) l. c. 62) Tract. 2. „Lingua autem habet duas glandulas, in quibus sunt duae venae, in quibus currit saliva ad linguam, et ad totum os. Collum autem habet duas glandulas, in quibus generatur humiditas. Sed ex duabus glandulis, quae sunt in collo, non proveniunt venae, in quibus currit humor, sicut proveniunt ex duabus glandulis linguae.“ 63) l. c. de larynge l. 3. c. 1. ubi transmissionem humoris thyreoidearum, ait, non fieri glandularum more, quae linguae adjacent, a quibus duae venae ad linguam vergunt humiditatem salivalem sensim percolantes, sed omnibus omnino venis destitutas. 64) *Ephem. N. C. Cent.* VIII. observ. LXIII. p. 366.

xionem haud aliter quam per tenues fibrillas fieri deprehendere, et nunquam cavum aliquod in iis reperire potuit. Noluit tamen hanc ob causam inficiari, transitum alicujus liquidi hinc ad oesophagum fieri posse, dum satis notum sit anatomicis, fibras musculosas aliasque quam plurimas ad sensum tenuissimas revera cavas esse, et liquidum transmittere, etiamsi nulla seta immitti possit, nec cavitas manifesto appareat. *Vaterus* [65]) totis triginta annis post illos primos fere suos in re anatomica conatus nihil addidit ad illas suae juventutis voces, et nihil adeo videtur interim reperisse, quo suas spes confirmaret. Ductum ejusdem glandulae a *Coschwitzio* inventum *Hallerus* [66]) postea pro vena agnovit. *Santorinus* [67]) nullam de ductu excretorio, quem invenerat, mentionem fecit in posterum. *Morgagnius* [68]) ostiolum, quod *Santorinus* et ipse viderat, et quod *Winslowius* animadverterat, in iteratis inquisitionibus reperire nequiit, et probabile etiam fit *Hallero* [69]) auctore, arterias a *Cl. de Bordeu* visas esse, quae per ea cartilagineorum annulorum foramina eunt; venas enim ea via ducit ipse, neque venas absque arteriis fuissc credibile est. Sic porro *Cuvier*, *Gautieri* [70]), *Frank* [71]), *Iphofen* [72]), *Koberwein* [73]) et *Parens noster* aliique *viri Cl.* harum rerum subtilium inquisitionem atque explorationem saepius instituerunt, ut, quid circa haec observarint, ipsi describere possint; sed quod dolendum, in ductibus illis investigandis ad lucem aliquam facilioris rationis per difficillimam hanc doctrinam non pervenerunt. Sic denique plurimi nostrae aetatis anatomici nullum aut nullos hu-

---

65) Museum anat. proprium, Helmst. 1750. 4. cum *Heisteri* praefatione. 66) diss. cit. 67) l. c. p. 115. 68) Adv. I. p. 35. 36. Adv. V. p. 66. 69) Elem. physiol. Tom. cit. p. 399. 70) l. l. p. 97. 71) l. m. pag. 246. 72) l. c. p. 27. 73) vid. *Iphofen* pagina cit.

jus glandulae ductus excretorios ad id usque temporis invenerunt; nihilo minus autem neutiquam diffidendum, sed multo potius sperandum esse ex hisce etiam omnibus apparet; puto enim, fore, ut anatomici recentiores studio suo indefesso arteque partes corporis humani subtiliores praeparandi magis perfecta adauctaque lucem de hac re nobis reddant majorem, et forsitan forte fortuna illos inveniant.

§. 15.

Differt haec glandula thyreoidea ratione sexus et aetatis, sicuti in §. §. 6. 7. et 8. enarratum fuit, magnitudine, pondere et colore. Restat tamen adhuc adnotare, illam in foetu ratione majorem [74]) glandulam senio minui. Nam non raro accidit, ut in senibus hanc glandulam inter et cartilaginem thyreoideam majora intervalla, vasa compressa et ossificata, et saepius in substantia glandulae concrementa ossea reperiantur. [75])

§. 16.

Tandem nec omittenda sunt quaedam, quae ad comparatam anatomiam spectant. Animalia quidem bruta, reliqui corporis ratione habita, minorem fere glandulam thyreoideam sicuti hucusque observatum est, habere videntur, quam homines; certe id de bove *Warthonii* [76]) mensurae testantur, qui hominis thyreoideam glandulam 15 drachm. bovis $8\frac{2}{3}$ aequare invenit. Deinde in iisdem per vitam quam plurimum et citius quam in homine decrescere hanc glandulam no-

74) *Danz* (F. G.) Grundriſs der Zergliederungskunde des neugebohrnen Kindes, Gieſsen 1793. T. II. p. 49. 75) *Seiler* (B. Gu.) anatomiae c. h. senilis specimen. Erlang. 1799. 8. p. 78. — *Evertzen* in diss. cit. delineat tab. III. annosi, imo aetate confecti corporis anilis eandem glandulam, quam inter et cartilaginem thyreoideam idem in senibus insignem adesse distantiam adnotat. 76) l. c. cap. 18.

tavit *Cheseldenus.* [77]) Attamen glandula quadrumenorum thyreoidea humanae figura et incremento non interrupto proxime accedit. In pluribus simiarum ordinibus *Meckelius* [78]) illam observavit, cujus autem praesentiam *Schelverus* [79]) temere in dubium vocare studuit. — Unica [80]) longe plerumque est in homine ex intima majorum cornuum conjunctione, ad basin inprimis et in ejus crassiori petiolo, rarissime in duas divisa, ut semel viderit in homine *Hallerus* [81]), semel *Morgagnius* [82]), viderit etiam *Schulzius* [83]), et pene duas pinxerit *Eustachius* [84]), isthmumque parvum ac pene nullum viderit *Arent. Cant* [85]); nam in animalibus frequens est, et fraudi fuit *Cl. viris*, qui eandem in hominis descriptione fabricam receperunt; sic in ove et fele *L'Alouette* [86]), in equo *Bourgelat* [87]), in cane *Evertzen* [88]), in mure *Morgagnius* [89]), in lepore idem, in delphino delphide et phoca vitulina, in elephanto, in solidungulis, in catibus et vespertilionibus *cel. Carus* [90]) duos lobulos maxime conspicuos inque medio penitus a se invicem disjunctos observarunt. Isthmum vero, quo duo laterales lobi conjunguntur, in bove nonnunquam, et in pluribus simiarum atque ursorum ordinibus inveniri *Morgagnius* [91]), *L'Alouette* [92]) et *Carus* [93]) paucis quidem verbis, sed animi sensus exprimentibus, affirmant. — Cetaceis glandulam thyreoi-

---

77) the Anatomy of human body, London 1763. p. 213. 78) l. m. p. 94. et sequ. 79) Diar. cit. 3ter Bd. 1. St. 1802. p. 180. et sequ. 80) *Cowper* ad *Bidloo*, T. 24. f. 8., tum in diss. *Cl. Evertzen*, et imprimis *Morgagnius* Epist. IX. n. 33. 81) Elem. physiol. Tom. cit. p. 394. 82) Epist. IX. n. 40. 83) apud *Buchner.* miscell. 1727. p. 252. et de oss. confervent. 84) l. c. 25. 85) Impetus primi anat. ex illustratis cadaveribus nati, Leidae 1721. fol. p. 16. 86) l. l. p. 164. 165. 87) l. c. p. 504. 88) Mém. des savans étrangers T. I. 89) Epist. IX. n. 30. 90) l. c. p. 574. 91) Epist. IX. n. 30. 92) l. c T. 2. f. 4. 93) l. m. 574.

deam deesse contendit *Hunterus* [94]), e contra autem *Stellerus* [95]) et *Cuvierus* [96]) hanc in manatibus, quae nuperrime cetaceis adnumerabantur, deprehenderunt. Major in carnivoris, quam in herbivoris esse videtur, major in animalibus sonoris, quam mutis observatur. In avibus autem *Meckelius*, [97]) qui multum hac in re sudavit, nihil, quod ad similitudinem glandulae illius accessit, potuit invenire; nam corpuscula illa rubra eademque glandulosa, quae, ut in turbis avium novellis, in grallis atque anseribus adultis manifestum est, lateribus asperae arteriae non longe ab ore pectoris adsident, pro thymo habuit vir clarissimus. Jam vero *Tiedemannus* [98]) de veritate sententiae illius non convictus in hanc quoque arenam prodiit, rem aliquam natura sua difficilem, scitu utilem, nullique percognitam curiose diligenterque excussurus, qua tandem via ad lucem aliquam facilioris rationis per difficillimam hanc doctrinam possit pervenire atque ita ad viscera causae penetrare. Facile enim ex multis experimentis, quae ad demonstrandam hanc sententiam a viro elegantissimi ingenii haud vulgari ratione sunt facta, intelligitur, carunculas illas coacervatas signum glandulae thyreoideae habitu prae se ferre, cum non solum in iis avium ordinibus, quos enarravimus, occurrant, sed etiam in aliis sint obviae, ut in falcone, ardea, otide, columba, corvo marino, sturno vulgari, atque ita in iisdem, quod ad rem nostram potissimum spectat, sint locatae, ut in vicinia organorum vocis insideant. Quibus causis ducti *Ballantius* [99]) aliique hanc quoque sententiam praeferendam duxerunt, praesertim cum per experimenta *Tiedemanni*, viri consilio ac ratione

---

94) Phil. Trans. Vl. LXIV. P. I. anatomia Cetaceorum, deutsch in *Schneider's* Beiträgen zur Naturgeschichte der Wallfischarten, T. I. 95) diss. cit. 96) l. c. 97) l. m. 98) l. l. B. 2. S. 688. 99) diar. cit.

agentis, res ita videatur vestigiis certissimis confirmari, ut omnino contraria opinio stare nequeat. Agreste tamen proverbium: „Suo quisque modulo res metitur:" ad quaestionem nostram non temere et vi illata detorqueri posse, quisque videt, qui ad verba ab *Exp. Caro* consideratissime lecta attenderit; suspicatur enim idem *cl. vir* [100]), thymum et glandulam thyreoideam tam in plerisque avium generibus quam in compluribus aliis animalibus non diversa natura indutas esse, neque in loco diverso locatas, sed summa potius concordia et occulta quadam naturae conspiratione in unum atque idem stratum glandulosum, quod denso involucro firmatum sit, confluere. — Quaestionis igitur momentum, undelibet illud spectaveris, summum et gravissimum cernitur, meque intelligentiores de hisce virorum doct. sententiis judicium faciant, praesertim cum secreta illa anatomiae comparatae libare, non penetrare, intelligere, non profiteri, cumque in hac explicatione non tanquam anatomicus et philosophus versari, sed diversa tantummodo judicia et disceptationes paulo fusius enumerare voluerim. — Jam si ab avibus ad amphibia descendis, eandem glandulae thyreoideae texturam atque structuram denuo comprobatam videbis. In reptilibus ut in rana esculenta *Exp. Carus* [101]) grana duo glandulosa, quae in utroque latere ossis hyoidei, et in superficie ventriculi laryngis interna sunt locata, reperiri affirmat, nec possum me continere, quin et ego in hanc *cl. viri* sententiam animum inclinem, cum id utique cum omnibus meis incisionibus consentiat. *Treviranus* [102]) autem solidam harum glandularum praesentiam in dubium vocare studuit, atque thymum et glandulam thyreoideam ranae esculentae hyemali tantummodo tempore in ejusdem collo animadverti et tunc etiam cultro facilius dissolvi

---

100) 573. 101) l. c. p. 571—572. 102) l. m. 1r Bd. S. 96.

posse, e contra autem primo vere occulta quadam naturae lege removeri diserte declaravit. At clarissimo tamen *Dresdensi Medico*[103]) certum est, quid respondeat, et quibus argumentis sententiam suam tueatur; faciamus eum ipsum loquentem: „corpuscula illa a *Trevirano* pro thymo et glandula thyreoidea habita nullo modo signum glandulosae structurae prae se ferunt, sed ad grana adiposa coacervata sunt referenda, quae certis temporibus in collo ranae esculentae formantur et tunc denuo dissolvuntur.“ Non igitur praevalet illius viri sententia contra receptam opinionem. — Sed redeamus, unde aberravit oratio. Serpentes, quae propter tenuitatem medullae spinalis, brevitatem tubi intestinalis, pulmonem fere imparem, vocem minus excultam et extremitatum defectum ranis inferiores existimandae sunt, *Caro*[104]) tamen *auctore* carunculis glandulosis coacervatis in cordis vicinia affixis omnino non carent, atque ita profecto glandula thyreoidea praeditae sunt; in tenerioribus denique crocodilis grana duo tam glandulosa quam adiposa, quae ad utrumque colli latus laxius cellulosis fibris adhaerent, ab eodem *illustri viro* pro glandula thyreoidea habentur[105]). — In piscibus nullum plane vestigium glandulae thyreoideae, maxima opera atque intentione a *Cl. viris* adhibita, inveniri potest. Sed haec ex hujusce materiae ubertate delibasse sufficiat; a pluribus enim proferendis mihi temperandum esse censui, ne libellus in libri molem excrescat.

---

103) l. l. p. 572. 104) l. c. p. 572. 105) l. l. p. 572.

# CAPUT II.

## Physiologia glandulae thyreoideae.

*De glandula thyreoidea vix quicquam, nisi per conjecturam, licebit hariolari.*

HEDENUS.

§. 17.

Pauca sunt organa, de quorum usu jam inde ab antiquissimis temporibus tantopere sit inter physiologos disceptatum, quam de glandula thyreoidea. Si quis attento animo tam veterum, quam recentiorum circa hanc partem, et in statu sano et morboso, disquisitiones perscrutetur, tunc animadvertet, ob solam hujus visceris formam externam, glandulae scilicet conglomeratae, haud parvum eorum numerum maxima diligentia hujus partis ut glandulae functiones examinasse, ejusque affectiones pathologicas glandularum morbis adnumerasse. Nostris vero temporibus ubi anatomia magis provecta jam fusius docuit, glandulae natura viscus istuc vel minime gaudere, quippe quod omni ductu excretorio, quo omnes glandulae instructae sunt, destitutum sit, permulti, ut ad veritatem pervenirent, aliam sibi viam ingrediendam esse censuerunt. Et numerosae sunt hypotheses de hujus partis usu ab auctoribus propositae, quarum unam vel alteram pro nostro proposito paucis hic attingere liceat.

§. 18.

Quatuor fere sunt de glandulae thyreoideae usu sententiae. Vetus est et saepenumero laudata illa *Ruyschii* [106]), peculiarem quendam in ea liquorem parari, qui postea venis sanguiferis inferatur. Optime vero permulti physiologi repugnant; naturam enim, quod *Schregerus* [107]) jam recte monuit, liquorem in proprio viscere magno vasorum apparatu sollicite confectum, antequam usui alicui impensum fuerit, in sanguinem statim amandare, sine dubio naturae contraria est hypothésis, cum haud probari possit, succum illum usum quendam ad peragendum circulum sanguinis exserere, vel ut perparva sanguinis quantitas mutetur, necessarium esse. Sed secretionis omni apparatu glandulam carere, argumentum est, vel maxime hypothesi contrarium. Est tamen, aliquis objiciet, liquor in glandula obvius, serosus, flavescens, leniter viscidus [108]) in junioribus praesertim. At humor iste neque peculiari est indole, neque a lympha differt, quae in cellulosis cavernulis ubique, maxime in junioribus, quibus corporis textura minori est soliditate, reperitur. Inest enim foetus sanguini lymphae major quantitas, omne fere corpus lympha scatet, et liquor in glandula thyreoidea fetali dominans, nimirum advehentium vasorum multitudini ita respondet, ut vix singulare naturae institutum inde conjici possit. Ceterum talis formae liquor in adultorum glandula thyreoidea vix animadvertendus est. Et glandulam neque emendandae lymphae, neque sanguinis fetus naturae magis attemperandi causa adesse, jam dudum validis argumentis a physiologis refutatum est [109]).

---

106) *de Westhofen* diss. cit. p. 42. et *Schregeri* frag. cit. p. 16. 17. 107) Fragm. cit. p. 17. 108) *Alb. v. Haller* primae lin. physiol., Goett. 1765. 3. Edit. p. §. 299. p. 129. 109) *Schreger* l. c.

## §. 19.

Altera quaedam est, sed inanis partim, si prima non datur, de glandula thyreoidea hypothesis, succum scilicet quendam secernere glandulam, qui in laryngis sinus ad eundem fere, quem glandulae sic dictae muciparae ibi degentes usum exserant, deportetur [110]); has enim isti haud sufficere officio, visceréque isto proprio hunc in finem opus esse, nonnullis visum est. Abest vero omnis glandulae cum larynge per meatus communio, qua succus iste in eam deveniat, et experimenta, quae huc spectant, quibus demonstare tales meatus conatus est *Fodereius* [111]), sicuti nimis impetuose instituta sunt, nihil probant, nisi omnibus corporis partibus per cellulosam compagem quandam communionem esse. Anatomiam enim ad tantum perfectionis gradum pervenisse, quo eam minimi etiam meatus haud latuissent, jam nemo hodie in dubium vocabit. Argumentum istud, esse in corpore vias, quas examen anatomicum haud detegere valeat, me quidem judice tam irritum est in physiologicis, quam supervacaneum in pathologicis, ubi leges associationis, antagonismi, sympathiae, consensus vel melius phaenomena explicant, quam ipsae viae latentes hypotheticae.

## §. 20.

Tertia est, et sane speciosa hypothesis a *Schregero* [112]), *Soemmeringio* [113]), *Ackermanno* [114]), *Rushio* [115]) et ab *Hofrichtero* l. c. — proposita, glandulam scilicet adesse, ut sanguinis immodicos appulsus versus caput abarceat et moderetur, ideoque cerebrum a

---

110) *Uttini* l. l. — *Foderé* l. m. §. 11. — *Schmidtmueller* l. c.
111) ibid. p. 13. 14. 15. — Cfr. *Wichmann's* Ideen zur Diagnostik Bd. 1. p. 122. — Cfr. *Halleri* Elem. physiol. Tom. cit. p. 398. aërem ex trachea glandulam ingredi posse. — *Gautieri* l. c. p. 148. 112) l. c. p. 21. 113) l. l. 114) diss. cit. p. 27. 115) diario cit. p. 193.

sanguinis injuria, illo nimis veloci appulsu, sicuti rete mirabile in animalibus brutis cerebrum tueatur [116]). Magni hodie permulti physiologi hancce faciunt hypothesin; sunt tamen argumenta quaedam, ut mihi videtur, haud aspernanda, quae contra istam militent, quorum unum vel alterum hic recensere liceat. Similitudo partium quoad formam, structuram, situm, nexum, vel in diversis animantibus, nimirum jure nos ad functionum similitudinem supponendam inducit. Si vero omnino absunt istaece conditiones, si partis cujusdam in animantibus functio hypothetica nonnihil reperitur, tum sane in lubrico est conclusio, qua eundem usum partis cujusdam in corpore humano demonstrare conantur. Et aliena est, ni fallor, ipsa cum reti mirabili, animantibus proprio, thyreoideae glandulae comparatio ob diversitatem structurae, sedis, nexusque cum adjacentibus partibus. In animantibus ipsius carotidis propagines rete sic dictum mirabile componunt, in homine propria arteria viscus init glandulosum, idque magna ex parte constituit; animadvertuntur nervi, vasa resorbentia, telaque cellulosa, ut proprium partis parenchyma, singula continens. Conflatur in brutis rete istuc, postquam carotis foramen suum transgressa est, (abest enim in brutis flexuosus canalis carotidis, quem in homine videmus) craniique basi imponitur, sed a capite remota glandula sedem consecuta est. Et quod ad locum attinet, nemo certe sibi persuasum habebit, forte quadam, quia nempe sedes opportunior omnino abfuerit, tam intimo nexu glandulam cum larynge, tam eximio organo conjunctam esse, ac nervis iisdem, quibus larynx instruitur,

---

116) *Hoffmanniana* ista de thymo hypothesi nisus, auctor noster suam de glandula thyreoidea proposuit, quod ipse fatetur in l. m. l. p. 19. Voluit enim *Hoffmannus* thymum chylo diverticulo inservire, ne ejus vi oneretur cerebrum.

iisdemque vasis, quibus irroratur, gaudere. Sed mittamus haec, et ulterius paululum progrediamur liceat. Quaestio enim exoritur, qui fieri possit, ut frangat glandula sanguinis ad caput appulsum. Si vasa arteriosa in statu corporis sani quieto sanguinem ad caput vehunt, certam ejus quantitatem cerebro, certam etiam glandulae inferunt, justam scilicet, qua minori nec cerebrum, nec glandula bene se habent, quod jure conjicimus. Si versus caput augetur sanguinis affluxus, majorem utrumque viscus fluidi istius quantitatem obtinet, eadem vero est distributionis ratio, aequilibrium nimirum haud invertitur, unum est idemque, de majori nunc solummodo, respectu status quieti, sanguinis quantitate agitur. Unica nunc esset conditio, qua glandula thyreoidea sanguinis versus caput affluxum abarcere et moderari possit, ea nempe, qua isto ipso tempore, quo sanguinis impetuosior fit impulsus, aequilibrium ita tollatur, ut nunc ad majorem sanguinis quantitatem recipiendam apta evadat glandula. Hanc vero in isto statu majorem sanguinis quantitatem imbibere, quo distributionis sanguinis aequilibrium invertatur, quod sine dubio necesse est, si usum illum jure ei adscribere volumus, nemo usque eo, quod scimus, demonstravit. De glandulae laxitate, vasorum flexuris et contorsionibus praedixerunt physiologi, quae quidem aequilibrium haud subvertunt, nisi adhuc aliquid accedat. Glandulae laxitas vix eximia est, et in congestionibus sanguinis ad caput memorabilem hujus partis tumorem non animadvertimus. Irritamentum subito in glandula exortum dum necesse est, quod ad influendum invitet sanguinem, vita sive functio glandulae propria, quae id efficiat, actio azygi musculi, minimi istius inconstantisque, revera nimis hypothetice rem explanant. — Sed haec hactenus. Sententias aliorum, qui ductus excretorios in glandula thyreoidea non viderunt, illosque negant, brevi tantummodo

comprehendam oratione, cum magnam ab utilitate commendationem non habeant, sicque ex hac enumeratione usum hujus glandulae non minus ac huic similium organorum, e. g. thymi, suprarenalium, lienis incertum esse, et adhuc latere patebit. Sic nonnulli physiologi [117]) eam, ut frigus a larynge et trachea abarceat, aut ut collo venustatem quandam, formamque pulchriorem conciliet, adesse putabant. Etsi negare nolo, glandulam thyreoideam huncce usum simul praestare posse, eam tamen hoc tantum munere, cui adipe solum opus esset, fungi non arbitror, nec intelligo, cur natura hanc ab causam organon tam diligenter excultum exstruxisset. *Vercellonius* [118]) eam nidum ovulorum verminosorum constituit, ex quo per subtilissimos ductulos, quorum meatus tamen non in conspectum venirent, ovula verminosa in hac glandula generata in oesophagum et inde ad ventriculum pro charactere vitali chylo in ventriculo impertiendo atque digestione promovenda transmitterentur, quae ovula in statu praeter naturam saepe in vermes abirent. De hujus vero opinionis errore *Heisterum* [119]) faciamus ipsum loquentem: „ejus, inquit, sententia de vermium ovulis in glandula thyreoidea naturaliter existentibus, horumque usus et status praeternaturalis, longe pluribus difficultatibus et dubiis est obnoxia, dum nec talia ovula, aut ut verum fatear, nec ductus, quales adesse perhibet, in ea reperire aut observare unquam potui.“ *Warthonio* [120]), qui ductus excretorios sibi fingebat, usus glandulae thyreoideae primarius ac praecipuus esse videtur, superfluas quasdam nervi recurrentis humiditates excipere, et in venosum genus denuo deducere per lymphae ductus suos; deinde carti-

---

117) *Soemmering.* l. c. 5ter Th. 2te Abth. p. 44. 118) diss. cit. 119) Ephem. N. C. cent. VIII. p. 366. 120) l. c. p. 119. 120. In *Mangetti* thesauro anat. II. p. 734.

lagines frigidiores, quibus affigitur, calore suo fovere et laryngis lubricationi suis halitibus conducere adeoque vocem leviorem, sonoram, suavioremque reddere. *Heisterus* [121]) hac solum ratione usus in delineatione glandulae illius adhuc addit, quod, quamvis ob incognitos ductus excretorios nondum certo definitus et demonstratus sit, tamen ob situm et connexionem, quam habent glandulae illae coacervatae tam cum aspera arteria, quam cum oesophago, tum etiam ob liquidi humectantis et lubricantis necessitatem in utroque hoc canali, sibi perquam verisimile sit, eas tam asperae arteriae, quam oesophago per tenuissimos ductulos sive fibras, quarum cavum in sensus non incidit, liquidum aliquod infundere, quod in oesophago non solum pro lubricatione, sed etiam in ventriculo pro menstruo sive liquido alimenta solvente inservire potest, in trachea vero pro ea lubricanda et ab ariditate et siccitate praecavenda: non tam e thyreoidea, quam bronchialibus, si premuntur, liquidum quoddam lubricum et oleosum exprimi potest; tam insignes enim et notabiles glandulas tracheae et gulae sine singulari utilitate adhaerere haud probabile est. *Astrucius* [122]) suspicatur, glandulam eam esse lymphaticam structura sui generis, et quidem nulli alii usui inservire, quam ut receptaculum sit lymphae a capite et facie hic affluentis ad venam subclaviam sinistram aut ad ductum thoracicum legibus naturae revectae. *Cowper* [123]) receptaculum superabundantis chyli illam esse affirmat. *Bellinger* [124]) cum aliis glandulam thyreoideam in foetu secernere peculiarem succum ad ejus nutritionem, qui postea per proprios ductus sursum ad os deferatur, existimat. *Roesslinus* [125]) contendit, maternum sanguinem in placenta jam multum muta-

---

121) Ephem. N. C. cent. VIII. obs. LXIII. p. 368. 122) l. m. p. 166. 123) l. c. 124) l. l. 125) l. c.

tum minimarum glandulae thyreoideae arteriarum opera foetus naturae magis attemperari sicque laudabiliorem ad venas reliquumque corpus transferri. *Boeklerus*[126]) glandulam thyreoideam pro pulmonibus sanguificationem in foetu promovere declarat. *Heckerus*[127]) ideo adesse putat, ut infinitis ejus arteriolis calor ex sanguine partim excitetur, talique modo summa caloris in corpore diffusa adaugeatur. *Autenriethius*[128]) quaerit, an hoc organo sanguis ad mutationem in pulmonibus experiendam praeparetur. *Cuviero* exploratum est, glandulam hancce non esse organon excernens, sed secernens tantummodo.

## §. 21.

Inter modo recensitas hypotheses nulla est, ut videtur, idonea, quae glandulae thyreoideae usum satis denotet. Quod physiologi animadvertentes rem aliis commentis aggressi sunt, quae in eo omnes conveniunt, quod usum quendam in laryngem adscribunt glandulae. Volunt enim alii[129]), vocem moderari glandulam, si actione M. M. sternohyoideorum et sternothyreoideorum ad laryngem apprimitur, vocem potius adaugeri, si sursum adtollitur glandula absque larynge amovetur, ope musculi azygi. Constat vero vocis quantitatem ab aëris cum glottidis angustia efflati quantitate dependere, neque omnino tale quid per glandulam effici eo verisimile fit, quod laryngis elevatio et depressio glottidis coarctationi et amplificationi, majori vel minori ligamentorum tensioni respondeant, so-

---

126) disp. cit. 127) l. m. 128) l. l. 1ster Theil. p. 270. 272. 129) *Mayer* diss. cit. et Beschreib. des menschl. Körpers, 4ter Bd. p. 160. — *Ballantius* in Comm. Bonon. VI. 1783. sententiam illam anatomia comparata confirmare studet, quippe qui glandulam thyreoideam in avium larynge inferiore, qui earum vocis organon sit, collocatam invenit.

lummodo toni qualitatem, haud vero quantitatem producunt, et si quam maxime id fieri potest, larynx descensa est, ubi ex hypothesi maximam in eam actionem exsereret, tum vox gravissima nil fere nisi mutus efflatus est, qui moderatione minime eget [130]).

Quae igitur omnia quis talia esse non intelligit, ut multae dubitationi locum relinquant? In tanta autem ipsius quaestionis difficultate etiamsi hoc me assequi posse prorsus desperem, ut glandulae thyreoideae officium explicem, arduum tamen quodammodo id ipsum esse mihi videtur in physiologicis praesertim, vera a falsis, ut grana a palea disjungere et multo etiam difficilius tenebras discutere, et ad veritatis adyta usque penetrare. Quam de officio glandulae thyreoideae physiologico propono hypothesin, ne me pluris eam facere sibi persuasum habeat lector; abest hoc a consuetudine mea, abest a natura plurimum. Sunt tamen et ipsae hypotheses non usque quoque aspernandae, immo probandae potius, si quae rerum faciem quandam ita attingant, ut, dum naturae non contrariae evadant, veritati forsan paullulum propius accedant.

## §. 22.

Sedes glandulae thyreoideae in larynge, intimus ejus cum illo principe vocis organo nexus, ac per vasa nervosque conjunctio, ad quod etiam accedit, quod anatomia comparata ut firmum argumentum suppeditat, in avibus nempe, ubi larynx in duas ab invicem remotas partes divisa jacet, glandulam thyreoideam in inferiori, ea scilicet, quae vocis formationi praeest, parte, collocatam esse, nobis haud obscure physiolo-

---

130) *Alb. v. Haller.* prim. lin. physiol. §. 305 — 307. Ejusdem Grundr. d. Physiol. etc. mit Verbesser. v. *Wrisberg*, *Soemmering* u. *Meckel*, umgearbeitet v. *Leveling*, Th. 1. Erlangen 1800. 8. Cap. VIII. Abschnitt 1. u. 2. — *Gautieri* l. c. p. 193.

gicam inter laryngem et glandulam thyreoideam intercedentem communionem indigitare videtur. Hanc si quis accuratius examinare studeat, necesse est, me quidem judice, ut paullulum a glandula thyreoidea recedens, similes quosdam sibi in corpore apparatus quaerat, eorumque conditiones serius secum perpendat reputetque, quo clarior partis usus fiat, cujus officium nonnisi per tenebras intueri licet. Nec desunt glandulae thyreoideae cum aliis corporis partibus comparationes, minus tamen fructuosae, quod semper fere glandulae notioni inhaeserunt, rectiusque functionem hujus visceris indagandi viam sibi occluserunt. Mittamus igitur paullulum glandulae notionem, et vasculosam potius visceris structuram respiciamus.

§. 23.

Organismus totum constituit, in quo principalia ista nervorum scilicet ac vasorum systemata, quae sensibilitati et irritabilitati sensu latiori respondent, tam intime conjuncta, et ad unum confusa apparent, ut idea solummodo ab invicem separari eorumque functiones separatim recenseri possint. Irritabilitatem sine nervorum actione haud cogitari posse, contra vero nec sensibilitatem sine irritabilitatis actione esse, ex physiologicis disputationibus satis constat. [131]) Ut functiones suas praestet systema nervorum, irritabilis systematis actione opus esse, quod a natura ubique in corpore indicatur, ubi vasorum retia ad nervos collocata minus partium nutritioni inserviunt quam ut potius nervorum actiones adjuvent. In sensuum organis, quae omnino subtiliore organisatione gaudent, hoc clarius apparet, cum hic vasorum et nervorum systemata magis unum ad alterum, ut ita dicam, vivo nexu po-

---

131) Grundriss der Physiologie von *Leveling*, l. l. Th. 2. Abschn. 3. Ursachen der Veränderungen am Muskel.

sita, quam in unum confusa videantur. Et inter sensuum instrumenta ante omnia oculus est, qui amborum systematum in agendo communionem eo clarius designat, quo distinctius ibi partis sensibilis et irritabilis separatio evasit. Pars sensibilis retinae extensione nerveo illo calice, irritabilis chorioideae vasculoso reti isto circumducto, representatae sunt. Chorioideam ad visum aliquid facere haud dubitandum est [132]), multisque observationibus comprobatur, visum actuositatis mutuae retinae in chorioideam, hujusque in illam productum esse, inter omnes hodie convenit. Sed mutua illa horum systematum actuositas, qua intercedente organi functio procedit, non in solo oculo, quamvis in eo clarissime, aut solis sensuum instrumentis, verum ubique in corpore deprehenditur; in iis autem partibus prolixius in conspectum se prodit, quae, dum eximiae cuidam functioni praesunt, majori necessario vis vitalis consumptione utuntur. Si musculorum v. c. structuram attentius contemplamur, vasorum abundantiam, qua ubivis artificiose fibris intertextis reticulis fere toti scatent, vel primo intutu animadvertimus. Tantam vasorum compagem haud soli musculorum nutritioni inservire, extra omnem dubitationis aleam positum videtur [133]), quod physiologorum unum et alterum ad credendum induxit, fibrae muscularis contractionem vasorum istorum repletione peragi [134]). Quid huic contractionis theoriae obstet, non est, quod multis hic commemoremus; id solummodo adjungere liceat, an non contractio muscularis, vis nervorum atque irritabilitatis invicem agentium productum sit, fibra muscularis instrumentum est, et quomodo ejus contractio procedat, tamdiu extra omnes observationis

---

132) Alii in chorioidea visus organon invenerunt. 133) Lehrsätze aus d. Physiologie etc. von Dr. G. *Prochaska*, Wien 1810. Bd. 1. §. 358. 134) *Prochaska* l. m. l.

fines positum est, quamdiu virium istarum natura in occulto latet; contractio enim muscularis unum idemque phaenomenon ac vires istae videtur esse, quae musculari organisatione modificatae et ad novum quoddam phaenomenon provocandum aptae evadunt.[135])

§. 24.

His exemplis, quibus satis comprobatur, vasorum retia saepius organis imposita esse, ut eorum functionibus, dum in nervos ibi degentes aliquo modo agant, (quamvis leges, secundum quas actio illa procedit, ignotae sint,) prospiciant, multa etiam adnumerari possunt. Verum si corporis organisationem rite examinamus, partiumque singularium functiones attentius recensemus, nimirum ad argumentum perducimur, eo naturam majorem vasorum compagem collocasse, quo partis cujusdam functio, ut instrumenti artificiosi atque compliciti, majoris omnino momenti est, majorisque etiam nervorum apparatus indiget. Quo major, quod jam supra commemoratum est, vis vitalis consumptio evadit, eo major nervorum vasorumque apparatus deprehenditur. Sic omnia fere organa, ad quae a cerebro nervi proveniunt, majori vasorum apparatu praedita esse videntur, quippe quae partim subtilioribus, partim organismo magis necessariis functionibus praesint; soli nutritioni vasa ista haud destinata esse, ratione habita magnitudinis, structurae, functionisque organorum, luculenter apparet, et cum semper nervorum apparatui, cui adjacent, respondeant vasorum reticula, jure actionem, quam in nervos exserant, conjicimus. In oculo v. c. in membranulam nerveam, retinam, desinit nervus, ibi quoque ad jacens vascula membranula deprehenditur, et sic fere ubique in corpore. Videas reticularem vasorum

135) *Prochaska* l. m. l. §. 356.

in nasi cavo distributionem, ubi olfactorii et quinti ramificationibus intertexta sunt; nervos et vasa in iride in unum organon conjuncta et quasi confusa, ubi ne dici quidem potest, solos nervos, vel vasa sola esse, quibus mediantibus membranulae functio peragatur. Ibi mutua systematum actio clare cognoscitur. Nonne etiam ipsius cerebri structurae hic mentio fieri possit, ubi piae matris plexuumque choroideorum varius decursus ac cum cerebro nexus simile quid significet? Substantia corticalis fere tota vasculis composita esse visa est, et pro magnitudinis ratione cerebro majorem sanguinis quantitatem, quam nutritioni par sit, induci, omnes profitentur. Sensorium commune alios in ipso ventriculorum cerebri humore posuisse, si nil aliud, tamen quanti istorum vasorum, plexuum lateralium scilicet, functiones fecerint, satis probat. — His rite perpensis, nihil impedit, ut opinor, quo minus argumento isto ad glandulae thyreoideae officium physiologicum explicandum utamur, paucisque verbis comprehensa, haec esset hypothesis: [136]) glandulam thyreoideam nexu cum larynge dynamico gaudere, ejusque officium in eo consistere, ut laryngis functionibus, vitae ejus propriae, dum vasorum retia in nervos, vocis istud organon ingredientes, vivam actionem exserant, consulat prospiciatque. Quae cum ista militent hypothesi, breviter in medium proferre liceat.

## §. 25.

Quod ubique fere in corpore intertextis vasorum retibus consecuta est, id in exstruenda larynge nonnisi proprio viscere naturam perpetrasse, valdopere cum

136) Quae de glandulae thyreoideae usu proferri possunt, tamdiu hypothesium speciem prae se ferent, quamdiu vivi nexus mutui inter nervos et vasa intercedentis leges nobis latebunt. Quidnam verisimillimum sit, dum ipsa veritas haud attingenda, disquirendum est.

hypothesi pugnare videtur. Attamen perpendendum est, nos omnino naturae leges haud definire, neque dijudicare posse, quaenam organo necessaria sit et ratio et structura. In oculo, ut ad videndum aptus evadat, nervosum, vasculosumque systema ab invicem separavit. Simili modo in laryngis structura adornanda elaboravit natura. Neque omnino inter se repugnat ista laryngis cum oculo comparatio. Laryngem enim insigne organon esse instituit, cui nervos ex ipso cerebro egredientes dedit, qui solummodo sensuum instrumentis aut aliis organis impertiuntur, quibus maximam dignitatem, ut faciei, inesse voluit, vel quos eximiis necessariisque functionibus praeposuit. Cuivis animantium generi vox propria est, qua optime distinguuntur; sic magni fecit natura organon. Ad quod etiam accedit, ut larynx in homine subtiliori cuidam praesit officio, cum majorem loquela soni modulationem exigat. Hunc in finem majori etiam hominem, quam animalia bruta glandula thyreoidea natura instruxisse videtur, quodque *Schregerus* pro sua hypothesi attulit argumentum, miram aliquam inter hanc glandulam et cerebrum molis similitudinem esse, ut ubi minus cerebrum, ibi glandula quoque minor inveniatur, et contra [137]) valdopere, ut opinor, in nostrae hypothesis partibus militat, ut, ubi major expeditiorque inveniatur vocis modulatio, ibi etiam major appareat ista glandula. Anatomiae comparatae disquisitiones glandulae thyreoideae in homine officium maxime dilucidare, indeque nos multum sperare posse, persuasum mihi habeo. — Objiciat aliquis, laryngis ab oculo apparatum alienum, structuras, functiones rel. revera diversas. Attamen nihil impedit, quo minus simile hic naturae institutum cernamus, quo simili fere ratione nervis vasisque invicem agentibus organi

---

137) *Schreger* l. c. p. 25. — *Carus* l. m. p. 574.

functio procedat. Neque obstat sententiae, glandulam thyreoideam haud in ipsis laryngis nervis collocatam esse, ut chorioidea in retina, cum hic evidens quidam partium intercedat consensus. Unus idemque, et laryngi et glandulae thyreoideae nervus destinatur, quo forsan aliam evitavit natura structuram ob cartilaginosum laryngis apparatum minus idoneam. Idem vero et institutum, et ratio eadem est.

---

# PARS ALTERA

## *de glandula thyreoidea in statu morboso.*

### §. 26.

### *Auctores et delineatores.*

Cum ad id usque temporis nondum completus de omnibus glandulae thyreoideae morbis tractatus, sed multo potius observationes illorum modo nonnullae apparuerint, plurimos hujus organi morbos brevi oratione comprehendere et ad artis quandam formam redigere conabor. In hoc elaborando clarissimorum virorum *Ludwigii*[138]), *Baillii*[139]), *Conradi*[140]), *Voigtelii*[141]), et *Meckelii*[142]) opera anatomico-pathologica nec non

138) *Christian Friedrich L.* primae lineae anatomiae pathologicae, Lipsiae 1785. Auch in seinen Anmerkungen zu *William Cruikshank's* und *Paul Mascagni's* Geschichte und Beschreibung der Saugadern des menschl. Körpers. Leipzig 1789—92. III Bde. 139) Cfr. *Matthaei B.* additamenta ad opus suum morbid Anatomy etc. London 1798. in vernac. versa in Sammlung auserlesener Abhandlungen zum Gebr. für prakt. Aerzte. Bd. XX. 35 et 45. Stück. Leipzig 1803. p. 354. 140) *Georg Christoph C.* Handbuch der pathologischen Anatomie, Hannover 1796. p. 464—469. 141) *Fr. G. V.* Handbuch der pathologischen Anatomie mit Zusätzen von *P. F. Meckel*, III Bd. Halle 1804—5. 1ster Bd. p. 530—535. 142) *Joh. Fr. M.* Handbuch der pathologischen Anatomie. 3. Bd. Leipzig 1812—1818. 2ter Bd. 2te Abth. C. Drüsen i. Schilddrüse p. 322.

observationes *Portalii* [143]), *Rushii* [144]), *Meckelii* [145]) et *Iphofenii* [146]) ad usum vocare studui. Ceteroquin perillustrissimus *de Ploucquet* in litteratura medica digesta (Tubingae Tom. I—IV, 1808—1809. cum supplemento) omnes, qui de glandula thyreoidea morbosa scripserunt, auctores adnotavit.

Optimas morborum glandulae thyreoideae delineationes ediderunt:

*Ed. Sandifort* in museo anatomico academiae Lugd. Bat. Vol. I et II. L. B. 1793. Tab. CVI. fig. 3 et 6.

*M. Baillie* in a series of en gravins etc. which are intended to illustrate the morbid Anatomy. Lond. 1799—1802. Fasc. II. fig. 1. et 3.

*G. H. Thilow* in Beschreibung anatomisch-pathologischer Gegenstände. Gotha 1804. I. Bds 1te Lieferung Tab. IV. fig. 5. a et b.

---

143) *Anton. P.* cours d'anatomie médicale etc. à Paris 1804. *Cfr.* Sammlung auserl. Abhandl. Bd. XXIII. 1stes Stück, Leipzig 1806. p. 42. p. 86. 87. 144) *Benjamin R.* in medical and physical Journal Vol. XVI. Sept. 1806. p. 193. et sequu. Cfr. Sammlung auserl. Abh. Bd. XXIII. 45. Stück p. 517 et seq. 145) *Joh. Fr. M.* Abhandlungen aus der menschl. und vergl. Anatomie und Physiologie. Halle 1806. 8. p. 142. et sequ. 146) *August Ernst J.* der Cretinismus philosophisch und medizinisch untersucht, 2 Theile, Dresden 1817. 1ster Theil p. 10—17. §. 15—25.

# CAPUT I.

## Vitia organica glandulae thyreoideae.

### A. In genere.

*Ars medica tota in observationibus.*
FRIED. HOFFMANN.

§. 27.

Glandula thyreoidea multis variisque afficitur morbis, quibus textura illius atque structura omnino deleri potest. Huc sequentes referri debent:

*Laesiones mechanicae.* Glandula thyreoidea vestimentis circa collum applicatis nimis arctis comprimi, ictibus vulneribusque externis ita laedi potest, ut ex iis haemorrhagia secuta summam debilitatem, quin immo mortem conciliare queat. Sunt, qui glandulae thyreoideae strumosae laesionem observarunt; singulare est et mirandum, quod *Forestus* obs. 15. l. 8. in scholiis p. 245. refert, *patrem suum* observasse strumam ovi magnitudinem aequantem in collo militis cujusdam, quae ense in duello dissecta pediculis viventibus interne repleta fuerit; notum porro exemplum est bronchoceles fortuitae curationis Zod. Gall. Obs. 11.: „quidam enim patria Municensis XL. annos natus, cujus jam pridem deturpabat collum struma insignis magnitudinis, assidens fabro ferrario soleas ferreas equo affixuro, dum urget fabri ministrum, ut compendium temporis faciat, veru ferreo acuto re-

centissime e fornace educto, et clavorum formationi destinato percutitur, ictus ille, quo bronchocele transadacta est, primo horrorem incussit, sed qui postmodum in ingens gaudium cessit, exiliente enim affatim humore multo in grumos concreto calculiformibus corpusculis, lentibus similibus, admixtis, uno paene momento subsedit tumor, qui ante ad pectoris regionem devolvebatur, unde subsecuta suppuratione curatio integra brevissime successit. Confer quoque Dolaei encyclopaediam chirurgicam rationalem p. 627. Francofurti ad Moenum 1689. Non ausim silentio praetermittere, quod *Mittermayerus, Kuffsteinio-Tyrolensis,* in dissertatione sua de strumis ac scrophulis Bünsgensium p. 16. attulit: „ipse", inquit, „memini me in Tyrolensi pago *Kundel* audivisse, famulanti cuidam strumoso Bünsgensi ibidem apud praefectum postarum a peregrinante et cum illo jocante de abscissione strumae ingentis flaccidae, cum per errorem pro dorso aciem cultelli adverteret, strumam dissectam fuisse, ubi nil nisi flatus exiit ex cavitate notabili, qui simul animam misero proripuit: sic *Paullini* [147]) dicit, ex struma casu perforata effluxisse cum copiosa materia purulenta vel C. vermiculos plerumque subrufos et pilosos, nec non multipedes: porro cl. *Iphofen* [148]) et *Gautieri* Cretinum hominem monstrosum Ricettae viderunt, qui ira atque odio in foedum tumorem, cujus sedes erat glandula thyreoidea nec non glandulae colli minores, concitatus cultello percussionem illius fecit, eumque ita materia puriformi evacuata funditus delevit: sic denique *Schmidtmuellerus* [149]) uno etiam ictu glandulam thyreoideam strumosam ad sanationem esse

---

147) Eph. Nat. Cur. Dec. II. Ann. V. append. p. 8. 148) l. c. erster Theil p. 12. 149) *Joh. Ant. S.* über die Ausführungsgänge der Schilddrüse. Ein Schreiben an *S. Th. Soemmering.* Landshut 1804. 8. cum icone p. 38. 39.

perductam observavit. Nonne mecum exclamabis? *hoc omnium chirurgicorum auxiliorum est facillimum tutissimumque!!*

§. 28.

*Inflammatio.* (*Cynanche thyreoidea: struma inflammatoria Waltheri*[150])) Quam-

150) *Ph. Fr. von Walther* neue Heilart des Kropfes durch die Unterbindung der obern Schilddrüsen-Schlagadern nebst der Geschichte eines durch die Operation geheilten Anevrisma's der Carotis. Sulzbach 1817. p. 17—18—19. Der Verfasser beobachtete 3 Mal eine acut verlaufende Entz. der Schilddrüse. In einem von ihm beobachteten Krankheitsfalle lag eine catarrhalische Affection der Entstehung des Uebels zum Grunde; einmal entstand sie nach heftigem Drosseln; einmal bey einer syphilitischen Weibsperson nach Erkältung. Blutigel an die Seitentheile des Halses in grösserer Anzahl angelegt und Calomel zum innerlichen Gebrauche dargereicht, hat der Herr Verfasser besonders wirksam gefunden. In dringenden Fällen schlägt er die Eröffnung der äussern Drosselader vor. — Ich selbst auch hatte Gelegenheit, im clinischen chirurgisch-augenärztlichen Institut der Universität zu Berlin unter Leitung des *H. Geh. Raths Graefe* eine Entzündung dieser Art als Folge von einer catarrhalischen Affection beobachten zu können. Der Verlauf und die Cur verhielten sich, wie bey *Walther*. So erwähnt sie schon *Baillie* in den Zusätzen zu seinem trefflichen Werke morbid Anatomy etc. London 1798. Cfr. Sammlung auserlesener Abhandl. XX. Bd. 3. et 4tes Stück p. 355. p. 361—63. und ganz neuerdings auch *Carron*, der diese Entzündung 3 Mal bey Frauen beobachtet, die durch das Alter ihre Reinigung verloren hatten, und zum vierten Mal bey einem Geistlichen. Die Geschwulst nahm zu, ward schmerzhaft, hinderte durch Druck auf die Luftröhre das Athemholen, drohete sogar Erstickung. Die Methode war die bey allen Entzündungen gebräuchliche, und die Kranken wurden alle bald geheilt. vid. Journal général de Médecine, de Chirurgie et de Pharmacie rédigé par In. *Sédillot* etc. Tom. XLIX. Paris 1814. Heft vom Januar 1814. 8. S. Medicinisch-chirurgische Zeitung, fortgesetzt von *Joh. Nep. Ehrhardt* 1ster Bd. 1815. Salzburg. N. 13. p. 209—10. So endlich *G. J. Guthrie*, über Schuſswunden in den Extremitäten etc. A. d. Engl., und mit Anmerk. von *G. Spangenberg*, mit 4 Kupfert., Berlin 1821. pag. 91—92.

quam glandula thyreoidea magna vasorum copia instructa sit, qua status inflammatorius facile effici possit, rarius tamen accidit, ut per se inflammetur. Quae si autem alia excitatur causa, sequentibus manifestatur signis: glandula ipsa partesque adjacentes magis intumescunt, et calefiunt, aeger primo dolorem surdum in profundo partis affectae, pulsationemque arteriarum sentit, quae de die ad diem magis crescunt acriusque pungunt, pressionem digitorumque tactum vix perferre potest, sitis, inquietudo adaugetur, deglutitio molesta fit, omnes aegroti difficillime respirant, spiritumque trahunt, quod ex compressione tracheae a glandula lata et inflata effici liquido constat, sic enim liberior aëris transitus per arteriam asperam satis impeditur, ut non sine molestia quadam aërem inspirare ac remittere queant: hinc enim loquela illorum admodum mutulata et corrupta fit, dum magno conatu et miris gestationibus verba male articulata proferunt. Accedit stertor narium, raucedo et asperitas gulae, unde voce obtusa et rauca nec unquam clara gaudent et denique sopores, vertigines et dispositio ad apoplexiam ex compressione vasorum sanguiferorum oriuntur, quae reditum sanguinis a capite impedit, ideoque congestionibus sanguinis versus caput vehementissimis ansam praebet.

§. 29.

Neglecto morbi decursu, omissisque remediis aptis tempestivisque sequitur *suppuratio.* Peracta inflammationis periodo dolores acerbi subito remittunt, neque tamen ut in resolutione ejusdem omnino cedunt, sed ictus remanent pulsatorii, pulsus mollior fit et debilior, horripilatio nonnunquam irregularis incurrit. Glandula thyreoidea suppurante facillime nascuntur, abscessus, uti vomica in substantia illius clausa, qui vel sub integumentis communibus apparent, vel per laryn-

gem vel tracheam (*Joh. Bapt. Monteggia* in fasc. pathol. Mediol. 1789.) viam sibi parant, quo fieri potest, ut puris efflexu aeger morti succumbat suffocatoria, cujus exemplum in musaeo anatomico *Hunteri* Londini videri potest. (Cfr. *Baillie* add. l. c. p. 362. et ejusdem engravins Fasc. II. fig. 3.) Observationes de struma vi suppurationis vel sponte natae [151]) vel tumoris irritatione accidentali prolatae [152]) disrupta et feliciter curata communicant *Willius* et *Mauchart*, *Verduc* et *Assalini*. Ex his nonnunquam ulcera substantiam glandulae thyreoideae magis minusve corrodentia formantur; sicuti *Henning* in *Hufelandi* Journal der prakt. Arzneikunde Bd. VIII. St. 4. p. 52. c. fig. observavit. Nonnunquam etiam ulcera illa sinus fistulasque omni curationi repugnantes sequelas habent, ex quibus concrementa calcarea cum pure proveniunt, quod vidit *J. B. de Siebold* [153]); nec obsorvationes deficiunt, aegrotos ingenti suppuratione vita privatos esse. [154])

§. 30.

Nascitur quoque ex inflammatione, vel ex aggregatione materiae peregrinae, tum tenuioris, tum firmioris, *induratio* glandulae thyreoideae (*struma lymphatica Waltheri* [155])), quae nonnunquam in scirrhum mutatur; (*struma scirrhosa Wal-*

---

151) *Willius* in Nov. Act. Nat. Cur. Tom. III. p. 412. — *Mauchart* Eph. Nat. Cur. 1712. Cent. 1. Obs. 17. 152) *Verduc* path. de Chir. p. 145. — *Assalini* Versuch über d. Krankheiten des lymph. Systems, a. d. Franz. Dresd. 1792. p. 58. — Dictionaire resonnée etc. Tom. VII. p. 730. 153) In Cl. *Loderi* Journal für die Chirurgie. III. Bd. 25. St. p. 390. 154) *F. Hildani* Observ. et epist. chirurg. med. Argent. 1717. P. II. p. 397. — *Roncalli* l. c. n. 229. 155) l. c. p. 12 — 14.

*theri*) [156]). Hic producantur *Gilibert* [157]), *Chambon de Montaux* [158]) et *Baillie* [159]). Differentias tamen strumae a scirrho glandulae thyreoideae hoc in loco nihil moror, cum instituti non sint nostri; videas plura inferius in §. 45. nr. 4. ubi hoc nobis ulterius examinandum reservamus.

## §. 31.

Summus inflammationis gradus *in gangraenam aut sphacelum* abire potest, ita quidem, ut glandula thyreoidea putrescens ad magnitudinem juglandis minuatur, quod observabat *A. Zipp.* [160])

156) l. c. p. 397. Repetantur verba ipsa: „So wenig der eigentliche lymphatische Kropf in einem wahren Scirrhus der Schilddrüse besteht, unterliegt es dennoch keinem Zweifel, daſs diese Drüse allerdings der scirrhösen Entartung gleichfalls unterworfen sey, und ein wahrhaft scirrhöser Kropf, obgleich sehr selten, vorkomme. Ich habe ihn selbst mehrere Male, aber immer bey alten Leuten beobachtet. Die Schilddrüse ist dabey nicht sehr vergrössert, allein ungewöhnlich hart, knotig und höckerigt. Alles benachbarte Zellgewebe ist geschwunden; die scirrhöse Masse verwächst sehr bald mit der Luftröhre und mit den Muskeln des Halses; sie verwandelt sich in ein Carcinum und in ein wahres Krebsgeschwür. In diesem Zustande des offenen Krebses habe ich sie selbst gesehn. So wie bey dem gewöhnlichen Kropfe die Scropheln am Halse seltene Erscheinungen sind, so schwellen dagegen bey dem Scirrhus der Schilddrüse, besonders wenn er einmal cancrös geworden ist, die lymphatischen Drüsen des Halses an, und bilden eben so viele secundaire Scirrhen." — 157) *J. E. Gt.* Adversaria medico-practica s. annotationes clinicae, Lyon. 1791., in das Deutsche übersetzt von *E. B. G. Hebenstreit*. Leipzig 1792. S. 24. 158) *Nicol. Ch. de M.* Observationes clinicae, curationes morborum periculosorum et rariorum aut phaenomena ipsorum in cadaveribus indagata referentes. Paris 1789. 4. deutsch: Merkwürdige Krankengeschichten und Leichenöffnungen. Mit einigen Anmerkungen. Leipzig 1791. 8. S. 317. 159) add. l. l. p. 357. 160) *In B. de Siebold* Sammlung selt. und auserles.

Denique ex resorbtione materiae in strumis contentae damna quandoque oriri *Desault* [161]) putat, et *Bertrandi* dicit, saepe materiam putridam in struma contentam esse, qua gangraena producatur. [162])

§. 32.

Glandula thyreoidea magis minusve interdum *intumescit*, ita quidem, ut per carotides et venas jugulares sese expandat, et ad laryngem, quin imo ad thoracem descendat, nec raro sub sterno aut claviculis viam in cavum thoracis inveniat [163]), quam quidem strumam internam vocant. Quae intumescentia si glandulam thyreoideam solam aggreditur, struma audit, de qua plura infra dicendi locus erit. Vitium huic contrarium est, si glandula thyreoidea et sine progressu suppuratione tali modo minuitur et corrugatur et consumitur, ut nihil huic simile amplius possit conspici [164]).

Jam vero exitus datur ad digressionem. Fuerunt, *Hallero* auctore, qui orgasmum statuerent, quo virginis nuper vitiatae totum corpus turgeret. [165]) Sed

---

chirurg. Beobacht. und Erfahrungen, Bd. II. Rudolstadt 1807. p. 729. 161) Traité des maladies chirurgicales et des opérations, qui leurs conviennent, par M. M. *Chopart* et *Desault*, Paris 1779. Tom. I. p. 249. 162) *Bertrandi* Abhandlungen von den Geschwülsten, aus d. Ital. Leipzig 1788. p. 390. 163) *Girard* loupiologie, ou traité des tumeurs connues sous le nom des loupes. à Londres 1775. p. 417. — *Monteggia* fasciculi pathologici Mediol. 1789. p. 75. 164) Talem observationem communicat *Renaultin* in Journal gén. de Méd. Pluviose an. XI. (Cfr. *Hufeland's*, *Schreger's* und *Harles* Journal der ausl. med. Lit. 1803. Maerz p. 233.) cui auctori glandula thyreoidea influxu aëris exspirati ita consumta esse videtur, ut inde connexum ejusdem glandulae cum larynge explicare conetur. Cfr. etiam *Bell's* System der Wundarzneyk. Bd. III. et *Richter's* Anfangsgründe der Wundarzneykunst, 4ter Bd. p. 289. 165) *Haller* instit. physiol. Bernae 1765. 4. Vol. VIII. lib. XXIX. §. 12. p. 24.

longe plures tamen ex veteribus collum tantum recens gravidatarum intumescere existimaverunt [166]. Hinc familiaris erat veteribus colli commensuratio, ex qua, inquit *Mercurialis* [167]), postridie nuptiarum puellam integram vel corruptam cognoscebant, quem morem etiam *Catullus* [168]) in epithalamio expressit:

> Non illam genitrix orienti luce revisens
> Hesterno poterit collum circumdare filo.

Neque defuerunt inter recentiores, qui experimentum illud certo cum eventu repetitum esse adfirmarent [169]), quod et hodie hic illic inter homines praecipue agrestes usu adhuc obtinere satis constat. Si quid veri inest huic colli post coitum tumori, ad glandulae thyreoideae tumorem hoc redire putaverim, id quod hujus §. inscriptione statim significatum ivimus. Sunt vero omnino in promptu nonnulla, quae pro ornanda et aliquo modo fulcienda hac sententia in medium proferri possint, si quidem utero puellarum ad pubertatis annos accedentium sese efformante saepius glandula thyreoidea ita turget, ut in strumam abeat, de qua re *Parentem meum* egregie et subtilissime disserentem audivi. Jam vero cum non solum procedente graviditate sed vel ipsa conceptione uteri ulterior efformatio maturetur, nec miros nos habere videtur glandulae ejusdem post virum admissum maturata et repentina intumescentia. — Praeterea neque hoc praeeunte *Riolano* [170]) in dijudicanda hac re praetermittendum esse existimaverim, vocem gravidarum ex canora in languentem, ex clara in rauciorem verti, ad quod jam *Martialis* adlusit. [171]) Quo indicio etiam forsan usus

166) *Jo. Riolanus* anthropographia Paris 1626. p. 302. 167) In libro variar. lectt. 168) *De Aty*, LXIII. v. 76—77. 169) *Musitanus* apud *Palfynum* de la femme p. 46. 170) l. c. p. 302. 171) Epigr. I. 95.

est *Democritus*, qui *teste Laërtio* [172]) *Hippocratis* puellam prima die ut virginem, secunda ut feminam salutavit. Referunt quoque, *Albertum Magnum*, ex museo puellam ab oenopolio vinum pro hero adferentem vitiatam fuisse in itinere, deprehendisse, quod in reditu subinde cantillans mutatam haberet vocem ex acuta in gravem. [173]) Nonne ex hac vocis mutatione et glandulae istius mutationem factam esse eo magis conjicere licet, cum et vox struma laborantium clara olim, nunc rauca evadat? Quidquid vero sit, neminem equidem huic observationi circa recens vitiatarum collum inflatum institutae plenam fidem jam nunc tribuere posse arbitrer, qui meminerit, quam fallax et ambiguum sit hesterni fili collo virginis circumdati postridie nuptiarum angustioris experimentum, in quo tamen solo hucusque innititur. Nam quam multum in ejusmodi re in sensus vix incurrente diligenter investiganda inde pendeat, ex quanam materia, constrictione seu relaxatione magis minusve obnoxia filum illud, ungulae divinae instar, a matre aviae dignitatem exoptante adhiberi solitum, deductum sit? an in colli ambitu emetiendo adtrahatur, aut laxetur? an accurate in eadem, qua heri, et hodie regione collo circumdetur? etc. vix est, quod moneamus. — Quae cum ita sint, *Ill. Osiandro* [174]) adstipulor, qui istum colli tumorem inter conceptionis fallacia refert indicia. Neque tamen oleum et operam perdidisse putaverim, qui curam solertiorem in hac re, experimentis magis fallere nesciis, et virgine, quid agatur, nescia salvaque ejus verecundia, exploranda collocaverint, cum vel

---

Ad Aegen fellatricem.
Cantasti male, dum fututa es, Aegle,
Jam cantas bene; basianda non es.

172) lib. IX. 42. 173) *Riolanus* l. l. pag. eadem. 174) Grundriſs der Entbindungskunst. Götting. 1802. Vol. 1. p. 147.

ipsum, quod tale quid, absque praevia suspicione observatum sit, subsequentem moveat suspicionem, aliquid saltem veri, quantulumcunque sit, rei inesse.

§. 33.

*Tumores* [175]) diversissimae naturae e. g. *saccati* in glandula thyreoidea, praesertim strumosa formantur, et inter suos limites veluti circumscribuntur, in quibus materies variae formae et consistentiae plerumque adest.

§. 34.

Aggregatio *materiei peregrinae* mox *tenuioris* v. c. aëriformis [176]), serosae [177]), mucosae [178]), glutinosae [179]), caseosae [180]), pultaceae et purulentae [181]), sanguinolentae [182]), mox *spissioris* v. c. adiposae [183]), carnosae [184]), et in massam fungo-

---

175) *Morgagni* Epist. XXIII. Articul. 4. Epist. L. art. 32. — *Stoll* Heilungsmethode B. III. Th. II. S. 171. Vergl. Th. I. S. 198. — *Joh. Fr. Meckel* Handbuch der pathol. Anatomie 2ter Bd. Leipzig 1818. 2te Abth. C. Drüsen. i. Schilddrüse p. 322. 176) *L'Alouette* traité des scrophules communement nommées écruelles. à Paris 1780. 177) *Monteggia* l. c. 178) *Stoll.* rat. med. Tom. III. p. 399. — *de Haen* Heilungsmethode B. III. Th. VII. cap. III. §. 300. 179) *Stoll.* rat. med. P. I. p. 203. 180) *Heister* diss. observ. med. misc. Helmstadii 1730. — *Chambon de Montaux* observ. clin. Paris 1789. S. 317. — Tyrolensium, Carynthiorum, Styriorumque struma a *Josepho Gautieri* observata et descripta. Vindobonae 1794. pag. 24. 108. etc. 181) *Bertrandi* Abh. von den Geschwülsten, a. d. Ital. Leipz. 1788. p. 389. — *Bonneti* Sepulchret. T. III. p. 262. 182) *Alix* observ. chir. Fasc. I. 1774. — *de Haen* l. c. — *Portal* in Sammlung auserl. Abhdl. 23ster Bd. 1stes Stück. Leipzig 1806. p. 86. — *Foderé* l. l. §. 8. etc. *v. Vest* et *Parens noster* in *Iphofen* l. m. Th. 1. p. 11. 12. 13. §. 17. 19. 21. 183) *Girard* loupiologie, ou traité des tumeurs connues sous le nom des loupes. à Londres 1775. p. 405. — *Portal* eod. loc. — *de Haen* l. c. — *Chambon de Montaux* l. c. S. 51. — *v. Vest* in *Iphofen* l. l. p. 12. §. 19. 184) *Morgagni* Epist.

sam[185]) degeneratae, imo paullo *firmioris* v. c. cartilaginosae [186]), osseae [187]), lapideae [188]), calcareae [189]), tophaceae [190]) et sabulosae [191]), *cochlear* quoque in strumis, *cornua, foenum, pili* [192]), *insecta* [193]) et *vermiculi* [194]), *embryo* [195]) ??, *hydatides* [196]) et *ovula verminosa*, quorum praesentia autem non ad statum hujus glandulae sanum affirmante *Jacobo Ver-*

---

L. art. 31. — *Foderé* l. c. §. 8. etc. — *Gautieri* l. m. — *Parens noster* in *Iphofen* l. c. p. 13. §. 21. 185) *Halleri* opusc. path. Obs. 8. — *Burns* surgical anat. of the head and neck. p. 282. ff. — *Fr. Meckel* Handbuch der pathol. Anat. 2ter Bd. Leipzig 1818. 2te Abth. C. Drüsen. i. Schilddrüse: p. 322. 186) *Panarolus* Jatrologism I. Pentec. 1. cartilaginem firmam in struma invenit. — *Haller* l. c. Obs. 8. — *Stoll* Heilungsmethode. B. III. Th. II. S. 171. Vergl. Th. I. S. 198. — *Portal* l. c. p. 86. — *Joh. Fr. Meckel* loc. et pag. cit. 187) *H. A. Nicolai* Dec. obs. illust. anat. Argentor. 1724. Obs. IV. — *Bartholinus* hist. anatom. Cent. VI. n. 64. — *v. Haller.* Disp. anat. select. Vol. VI. — *Maraltus* in Eph. Nat. Cur. Dec. II. Ann. III. p. 270. — *Monteggia* l. c. p. 77. — *Sellie* in *Schmucker's* vermischten Schriften II. Bd. p. 204. — *Baillie* l. c. p. 358. — *Joh. Fr. Meckel* loc. et pag. cit. — *v. Vest* in *Iphofen* l. l. p. 11. §. 17. p. 12. §. 19. Tab. I. A. B. et *Parens noster* eod. loco p. 13. §. 21. 188) *Sandifort* Mus. anat. Vol. I. Sect. III. p. 104. n. C. Sec. V. n. LXXXII. LXXXIII. Tab. CVI. Fig. 6. — *J. G. Walter* observ. anat. p. 43. et in anatom. mus. Bd. I. S. 139. n. 277. 189) *Alix* et *de Siebold* l. c. 190) *I. B. Verduc* pathologie de Chirurgie p. 145. — *Willius* in Nov. Act. Nat. Cur. Tom. III. p. 412. 191) *A. Halleri* Elem. Physiol. 4. Tom. III. p. 400. 192) *Lamboin* et *Morvaux* in Journal de médecine T. LXI. p. 497. — *Andr. Laurentius* de mirab. strumas sanandi vi etc. Paris 1609. 8. — *Haller* bibl. med. P. II. p. 276. 193) Eph. Nat. Cur. Dec. II. Ann. IV. obs. 13. Ann. V. app. p. 8. 194) *Paullini* Eph. Nat. Cur. Dec. II. Ann. V. append. p. 8. 195) ibid. Ann. X. obs. 56. Sic *P. de Sorbait* bufonem viventem in struma se invenisse narrat. 196) *Morgagni* de sed. et caus. morb. Ep. 50, Art. 32. — *Haller* l. c.

*cellonio* [197]) medico Pedemontano pertinet, inveniuntur.

§. 35.

Glandula thyreoidea degeneratur nonnunquam omnino in *massam molliorem* v. c. in meliceridem [198]) vel *firmiorem* v. c. in cartilagineam [199]), osseam [200]), quin imo lapideam. [201])

§. 36.

*Tela cellulosa* glandulae thyreoideae adjacens variorum tumorum, qui *bronchocele* vocantur, sedes est, de quibus in §. 47. nr. 6. plura tractabo.

§. 37.

*Musculi* glandulam thyreoideam circumdantes majori hujus expansione situm facile movent, valde extenduntur, et structuram musculosam commutant in membranaceam, quin imo rumpuntur. *Gavard* [202]),

---

197) In dissertatione anatomico - medica de glandulis oesophagi conglomeratis etc. Astae 1711. 4., in qua aliis persuadere adlaborat, ex glandula thyreoidea colli maxima congeriem ovorum verminosorum ad oesophagum et ventriculum transmitti, quae chylo characterem vitalem concilient. Quam opinionem oppugnavit in diss. med. de glandula thyre. in statu naturali ab ovulis verminosis libera contra *Jacobum Vercellonium* Pr. *J. Hager*. Rp. *J. G. Richter*. Vitemb. 1721. 4. 198) *Joh. Henr. Freytag* epistola gratulatoria de glandulae thyreoideae partim osseam, partim meliceridis speciem referentis, exstirpatione. Lipsiae 1778. Cfr. *Fr. A. Weiz* neue Auszüge aus Diss. für Wundärzte, Bd. IX. p. 66. — *Stoll* ratio medendi T. III. p. 399. 199) *Giraud* in *Desault's* chirurgischem Nachlaſs, herausg. von *Wartenburg*, Götting. 1800. II. Bd. 4. Th. p. 8. Nucleus strumae exstirpatae erat cartilaginosus. 200) *Freytag* l. c. — *Baillie* l. l. p. 350. et *Jo. Fr. Meckel* l. m. p. 150. 201) *F. A. Weiz* glandulam thyreoideam omnino petrifactam in theatro anat. Havniensi vidit. Cfr. ejusdem vollständige Auszüge aus den besten chir. Disput. B. II. p. 210. 202) Traité de myologie suivant la methode de *Desault* p. 12.

*Graefe* [203]) et *Parens noster* [203]) musculum colli latissimum, musculos sternohyoideos et sternothyreoideos struma premente omnino deletos viderunt.

§. 38.

*Vasa* glandulae thyreoideae iisdem, quibus vasa generatim, morbis afficiuntur.

a) Vasa *sanguifera* in morbo, qui struma vocatur, incredibili modo extenduntur, et anevrismatis signum habitu prae se ferunt (*struma aneurismatica Waltheri* l. c. p. 10. 11. 12.) huncque statum ibi adfuisse credo, ubi autores de bronchocele ex vasorum nodatione ac dilatatione orta loquuntur [204]). Non desunt exempla. *Foderé*, *Gautieri* et *Portal*, *Graefe* et *Parens noster* [205]) illa ad amplitudinem pennae expansa videre. Rumpuntur interdum [206]), quo fit, ut sanguis in substantiam telamque adjacentem cellulosam effundatur glandulae thyreoideae. *Alix* [207]) quinque sanguinis extravasati libras materiasque calcareas in struma offendit.

α) *Arteriae* thyreoideae anevrismatis exem-

---

203) *Gr.* et *Par. n.* quater in strumarum exstirpatione musculos illos observarunt membranaceos, vid. plura inferius, ubi de exstirp. copiose disputatur. 204) *Paulus Aegineta* de re med. lib. VI. cap. XXXVIII. E. F. p. 565. ex edit. *Henr. Stephani.* — *Aëtius* Tetr. IV. sermo III. cap. VI. p. 743. ex ead. ed. Tetr. IV. sermo I. p. 669. — *Albucasis* de chirurgia, cura *J. Channing.* Oxon. 1778. Lib. II. Sect. 44. p. 229. — *J. Vigierus* opera med. chirurg. Hag. Comit. 1659. Lib. I. p. 94. — *G. Fallopius* tract. de tumor. praeter natur., in op. omn. Frft. 1584. fol. Part. II. p. 290. 205) *Foderé* l. et pag. cit. — *Gautieri* l. et p. cit. — *Portal* cours d'Anatomie médicale Tom. III. p. 160. — *Gr.* et *Par. n.* vid. infra ubi de exstirp. nobis uberior sermo erit. — *Hopfengaertner* l. c. p. 29. 206) *Douglas* philosophical transactions *nro.* 305. 207) Observ. chir. Fasc. I. Altenburgi 1774. 8. p. 31.

pla non desunt. *Alix* l. c. 34. ramum arteriae thyre. superioris ad internam strumae superficiem disruptum adnotavit.

β) *Venae* thyreoideae nimis extensae varicosae fiunt.

b) *Vasa* glandulae thyreoideae *lymphatica* cum suis glandulis in consensum trahuntur, scrophulis cum struma conjunctis. *Gilibert*[208]) exploratione strumarum anatomica glandulas scirrho affectas in medio substantiae illarum invenit.

§. 39.

*Nervi* partim ex linguali medio ad musculos glandulae thyreoideae adjacentes, partim ex parte cervicali nervi sympathici ad arterias illius properantes variis, et quidem vel pressione, nimia vasorum nervos sic dictos molles circumdantium sanguinis repletione, et expansione, vel sympathia et consensu[209]) cum alia parte propter anastomosin multiplicem ramorum nervorum implicantur morbis. Sic nervorum compressio tam generales quam speciales producit effectus: generales sunt nervorum torpor, mentis hebetudo, omniaque ea symptomata, quae ex laesione functionum nervi vagi oriri possunt[210]); speciales sunt auditus difficultas[211]), vel vocis mutatio[212]) vel aboli-

---

208) In advers. medico-practicis etc. Lyon 1791. p. 24. 209) Pressio strumae in N. vagum indigestionis causa fuit; vid. *S. Th. Soemmering*, Hirn- und Nervenlehre, Frankfurt am Main 1791. p. 253. 210) *Monteggia* l. c. p. 87. — *Watkin's* travels trough Swisserland. in The univers. Magazine, Febr. 1793. p. 86. — *Foderé* l. c. p. 29. 211) *Verduc* pathologie de Chirurgie. Paris 1710. Tom. II. p. 308. 212) Vocis mutatio in struma variis dependere videtur caussis, partim nempe ex laryngis, partim ex nervorum loquelae inservientium compressione, partim ex musculorum laryngis et ossis hyoidei affectione. *Foderé* autem eam ex imminuto ac impedito humoris, in glan-

tio totalis [213]); haec a compressione nervi laryngei superioris et recurrentis, illa fortasse ex vicina nervi vagi cum acustico conjunctione explicari potest.

dula thyreoidea parati, in laryngem influxu derivat. Cfr. *Bertrandi* Abhandl. von den Geschwülsten, a. d. Ital. Leipz. 1788. p. 390. — *Foderé* l. c. 213) *Tarin* cadaver paralytici cujusdam dissecuit, qui mensibus nonnullis ante obitum suum vocem perdiderat, et truncum N. vagi paullo eum supra locum, ubi recurrentem demittit, pressum invenit tumore cystico, gelatina spissa repleto, nucis magnitudine aequali. Sic intumescentiae glandularum axillarium haud raro paralyticum brachium reddunt, si plexus vel nervi brachiales iis nimis premuntur.

## B. De struma.

Inter illos auctores, quos *Perill. de Plouquet* in literatura medica digesta Tom. IV. p. 85 et 437. commemorat, *Barton* [214]) *Foderé* [215]), *Gautieri* [216]) et *Wichmann* [217]) prae ceteris notandi sunt, atque inter Neotericos, qui rem totam accuratius exposuerunt, *Hausleutnerum* [218]), *Iphofenium* [219]), *Ph. Waltherum* et

214) *Benj. Smith B.* A memoir concerning the disease of goitre etc. Philadelphia 1800. a. d. Engl. übers. von *Wilh. Liebsch.* Göttingen 1802. 8. mit der Ueberschrift: Abhandlung über den Kropf, so wie er sich in verschiedenen Theilen von Nordamerika häufig findet. Siehe auch *Hufeland's* Bibliothek der pr. Heilkunde Bd. XVIII. p. 272 — 283.; ferner Götting. Anzeiger 1801. und *Alber's* americanische Annalen. 215) *Fran. Eman. F.* essai sur le Goître et le Crétinage. à Turin 1792. a. d. Französischen übers. von *H. W. Lindemann.* Berlin 1796. 8. Siehe auch *Aug. Gottl. Richter's* chirurgische Bibliothek 15ter Bd. 1stes Stück. Göttingen 1796. p. 15 — 27. Neuerdings auch Voyage aux Alpes maritimes etc. par *F. E. Foderé,* Paris 1821. Tome II. Chap. 2. Art. I. pag. 232 — 236. 216) *Joseph. G.* Tyrolensium, Carynthiorum, Styriorumque struma observata et descripta. Vindobonae 1794. 8. Siehe auch *Richter's* chirurgische Bibliothek. 15ter Bd. 1stes Stück p. 28 — 32. 217) *Joh. Ernst W.* Ideen zur Diagnostik Bd. I. Hannover 1794. 8. p. 99. et sequu. Siehe auch *Richter's* chir. Bibl. eod. volum. pag. 49 — 54. 218) *Hausleutner* über die Erkenntniſs, Natur und Heilung des Kropfes, in *Ernst Horn's* Archiv für praktische Medicin und Klinik 10ter Bd. 1stes Heft S. 1. Jahrg. 1810. Siehe auch medicinisch - chirurgische Zeitung, fortgesetzt von *Joh. Nepom. Ehrhardt*, 2ter Bd. 1811. Salzburg N. 32. p. 120-122.; ferner allgemeine medicinische Annalen des neunzehnten Jahrhunderts auf das Jahr 1810. Altenburg p. 838 — 844. 219) *August Ernst Iphofen* der Cretinismus philosophisch und medicinisch untersucht, 2 Theile mit 7 Kupfertafeln, Dresden 1817.

*Muehlibachium*[220]), non ausim silentio praetermittere. Complures praeterea in medium possent adduci, sed eorum historiam universam non damus; paucula igitur haec exempla ex magno et pleno acervo deprompsisse sufficiat.

## §. 40.

Anteaquam vero ipsam hujus argumenti disquisitionem pertractationemque adgrediamur, primo omnium operae erit pretium, de verbis, quibus usuri sumus, distinctas et completas exhibere notiones.

### 1) Onomatologia et Homonymia.

#### a) Onomatologia.

Vocabulum *strumae* pure latinum est, et a *ruma* dictum existimatur, quasi nempe sit struens rumam, seu propendentem v. g. de collo mammam. Rumam enim veteres vocabant mammam; sic exemplo hic inservire potest *Varro* in *Caton.* vel de liberis educandis apud *Nonium* 2n. 756. „hisce manibus lacte fit, non vino, Cuninae scil. Deae propter cunas, Ruminae scil. Deae propter rumam, id est prisco vocabulo, mammam;" porro *rumen* pro mamma dictum reperitur, (μαστὸς); exemplo tibi sit *Plinius* 15, 18. 5. 20. de Ficu Ruminali: „magisque ob memoriam ejus, quae

220) *Ph. Fr. v. W.* neue Heilart des Kropfes durch die Unterbindung der obern Schilddrüsenschlagadern nebst der Geschichte eines durch die Operation geheilten Anevrisma's der Carotis, Sulzbach 1817. Siehe auch *Salzburger* medicinisch-chirurgische Zeitung, 4ter Bd. 1817. N. 91. p. 198—206. — *N. T. Muehlibach*, der Kropf nach seiner Ursache, Verhütung und Heilung. Aus den natürlichen Verhältnissen des Schilddrüsenorganes dargestellt. 8. Wien 1821. Opusculum istud in usum meum perlustrare non potui, cum nondum sit evulgatum doctisque igitur plane adhuc ignotum; quod ut edat maturius, otium auctori exoptare, qui rerum medicarum scientiam appetunt, omnes debent.

nutrix fuit *Romuli* et *Remi* conditoris appellata: quoniam sub ea inventa est lupa infantibus praebens rumen (ita vocabant mammam) miraculo ex aere juxta dicato, tanquam in comitium sponte transiisset;" denique *rumis* (θήλη) idem quoque, quod ruma, id est mamma, sed proprie animalium; confirmare hoc possum ex *Varrone* de R. R. 2, 11, 5. „Mammae enim rumis, sive rumae, ut ante dicebam, a rumi, et inde dicuntur subrumi agni lactentes, a lacte." Respicit ad 2, 1, 20. Uterque locus varietate lectionis laborat. Hinc legendum arbitror apud *Juvenalem* 11, 106.

— — geminos sub rume Quirinos

pro rupe, quod vix convenit; conf. *Tertull.* de resurr. carn. c. 4. Addit *Isidorus* 12, 1. „Ruma mamma est, ut rumen et rumis. Fluctuat enim vox non tam scriptoribus usitata, quam jactata inter parvos et nutrices." Hinc *rumare* pro lactare dictum reperitur, quasi mammam in rumen immittere: hinc *Ruminus* inter *Jovis* cognomina est, *Augustin.* de C. Dei 7, 11. pr. „Dixerunt eum Victorem, Almum, Ruminum et alia;" quia cum almo jungit, forte intelligi voluit, qui velut lactaret quasi rumine praebito omnia; porro *Rumia*, quae rumis, id est mammis, hoc est, pueris lactentibus praesidebat, eadem Dea, quae Rumina, de qua superius nobis sermo erat; hujus memin. *Augustin.* de Civit. D. 4, 11. et 6, 10. *Varro* de R. R. 2, 11, 5. „Non negarim, ideo apud Divae Rumiae sacellum a pastoribus satam ficum. Ibi enim solent sacrificare lacte pro vino, et pro lactentibus." Sic placet referre *ficum ruminalem*, (Ῥωμινάλιος ἐρινεὸς) sub qua Lupa Romulo et Remo dicitur mammam praebuisse, ut ait *Festus:* quae et Romula vocitata est. vid. *Servium* ad Aen. 8, 90. et *Salmas.* ad Solin. p. 300. Ovid. Fast. 2, 411.

Arbor erat, remanent vestigia, quaeque vocatur
Romula nunc ficus, Rumina ficus erat.

*Ruminalis arbor* deminuta et revirescens *Tacit.* Annal. 13, 58. 1. cfr. *Livium* 1, 4. *Plinium* 15, 18. l. c. Hinc quoque *subrumi* agni dicuntur, quia adhuc sub mamma habentur, *Varro* de R. R. 2, 1. „Etsi parum habet lactis mater, ut subjiciat sub alterius mammam, qui appellantur subrumi, id est, sub mamma: antiquo enim vocabulo mamma rumis, ut opinor.“ Ibid. 11. Porro *subrumari* dicuntur hoedi, quum ad mammam admoventur, quia ea rumis vocatur, vel quia rumine trahunt lac sugentes. *Festus.* Colum. 7, 43. „Diligenti cura servandum est, ut et suis quotidie matribus et alienis non amantibus agni subrumentur.“ Idem 12, 37. „Nec minus interesse pastoribus fructum cogentibus, aut foetus ovium aliarumque pecudum subrumantibus.“ Cfr. Eundem 12, 3, 9. Hinc denique deductum videtur illud foedae significationis verbum *irrumare.* Irrumat, quae mammam praebet. vid. subrumus. Sed vulgo obscoenitatis extremae est, *Martial.* 2, 7.

„Quae faciat, duo sunt: irrumat et futuit.

Cfr. Eundem 2, 47 et 83. Item 4, 50. *Catull.* 15, 1. et 75, 5. *Irrumatus Martial.* 2, 70. „Undis ne fovearis irrumatis“ i. e. aquis contaminatis ablutione mentularum. Add. *Catull.* 21, 13. *Irrumator, Julius Firmicus* 8, 20. *Catull.* 10, 12. *Irrumatio, Catull.* 19, 6. „Tangam te prius irrumatione.“ — Sed quorsum hic tam longus de definitione nominis excursus? nimirum ut vocem ejusque originem rite intelligamus, cum id ad cognitionem rei haud parum conferat. —

Jam vero sequitur, ut loca nonnulla, in quibus vocabulum strumae occurrit, ex *veteribus* adducamus; nam a multis hoc videmus praetermissum. Sic *Celsus* 5, 28, 7. idem 1, 9. idem 2, 1 et 5, 18. n. 23. sequu. *Scribonius Largus* 79, 214. etc. *Marcellus Empiricus* de medicamin. lib. cap. XV. p. 305. ex ed. Henr. Steph. *Plinius* sub fine libr. XXV. idemque in infini-

tis adhuc aliis locis, quorum taediosa esset enumeratio; *Coelius Aurelianus* 30, 26. *Columella* 7, 11. et *Vitruvius* 8, 3. tumores, qui maxime in cervice nascuntur, strumam appellant, sed non perpetuo vocabulum illud eo sensu usurpant, saepenumero enim et quidem in iisdem quoque locis, quos enumeravi, significat tantum id, quod *Latinis* scrophula vocatur, et vel in anteriore colli parte, et ab altera ipsius parte et ab utraque, vel in alis et inguinibus et in lateribus oritur. Ex his igitur liquido constat, veteres minus exacte de tumoribus hisce diversis egisse; excusationem tamen aliquam vel eo nomine merentur, quod a *Graecis* ex parte in hos errores fuerint inducti. Hi enim late extendunt *τῶν χοιράδων* vocabulum, illudque cum quibusvis tumoribus inprimis glandulosis in quacunque corporis parte apparentibus confundunt, et non tantum bronchocelen, sed et atheromata, steatomata, melicerides, atque herniam carnosam inter tumores strumosos referunt, atque per illos quarumcunque partium tumores etiam sub alis et inguinibus interdum intelligunt, de quo *Sennertus* in instit. l. 5. sect. 2. c. 13. p. 1054. consulatur. Sed de his abunde: Plura inferius. — Quod autem struma affectus sit antiquis et nostris temporibus valde existimatus turpis et molestus, non solum ex eo apparet, quod *Hippocrates* istum ad pessimum colli morborum genus referat, libro de glandulis cap. VI. p. 417. ex edit. *van der Linden*, sed etiam quod *Cicero* ad turpitudinem et perniciositatem alicujus rei uberius exprimendam vocabulo strumae eleganter utatur: „Hi", ait pro Sext. 135, c. 65, „medentur reipublicae, qui exsecant pestem aliquam, tanquam strumam civitatis;" porro *Cic.* Attic. 2, 9. „Proinde isti licet faciant, quos velint Consules, Trib. Pleb. denique etiam Vatinii sacerdotii strumam διβάφῳ vestiant." Videbis cet. Et apud *Erasmum* in chiliad. adagium enatum: „strumam διβάφῳ vestire

sive tegere, i. e. infamiam, scelera, turpitudinem dignitate aliqua obliterare." *Catulli* illud carm. LII. ad se ipsum de *Struma* et *Vatinio*:

Quid est, Catulle, quid moraris emori?
Sella in curuli Struma Nonius sedet:
Per consulatum pejerat Vatinius.
Quid est, Catulle, quid moraris emori?

*Catullus* enim cum homines indignissimos, *Nonium Strumam* et *Vatinium* ad summos honores, hunc quidem ad Consulatum, illum ad aedilitatem praeturamve evectos videret, ob vix ferendam rei indignitatem non amplius in terra sibi morandum putat. Simili fere animi indignatione *Horatius* Epod. IV. invehitur in *Maenam*, *Pompeji* libertum, qui levitate et perfidia usque eo pervenerat, ut non solum divitiis, sed equestri splendore adeo superbiret. Meminit etiam *Nonii Strumae Plinius* hist. natur. XXXVII. 4. 21, cujus distinguendi causa addit, „quem *Catullus* poëta in sella curuli visum indigne tulit." Struma hoc in loco est cognomen a struma, cervicis tumore, cujusmodi multi apud veteres a naevis corporis vel ab alio eventu traxerunt cognomina: sic *Scrofa* est cognomen *Tremelliorum*, *Scrofa Tremellius* ponitur in *Varronis* de R. R. lib. 2, 4. ubi de avo suo, „Avus," inquit, „meus primum appellatus est *Scrofa*: qui quaestor quum esset *Licinio Nervae* Praetori, in Macedonia provincia relictus, qui praeesset exercitui, dum Praetor rediret, hostes arbitrati occasionem se habere victoriae, impressionem facere coeperunt in castra. Avus quum hortaretur milites, ut caperent arma, atque exirent contra: dixit, celeriter se illos, ut scrofa porcos, disjecturum, id quod fecit. Nam eo proelio hostes ita fudit, atque fugavit, ut eo Nerva Praetor, Imperator sit appellatus: et avus cognomen invenerit, ut diceretur Scrofa. Itaque proavus et superiores de Tremelliis nemo appellatus Scrofa. Nec minus septimus

sum deinceps Praetorius in gente nostra.“ Hactenus *Varro.* Haec tamen natalium explicatio cum expositione a *Macrobio* Sat. 1, 6. facta minime consentit: ridiculum est, quod huic referre placet. „Tremellius Scrofa,“ inquit, „cognominatus est eventu tali:“ is Tremellius cum familia atque liberis in villa erat; servi ejus cum de vicino scrofa erraret, surreptam conficiunt. Vicinus advocatis custodibus omnia circumvenit, ne qua efferri possit, isque ad dominum appellat, restitui sibi pecudem Tremellius, qui ex villico rem comperisset, scrofae cadaver sub centonibus collocat, super quos uxor cubabat, quaestionem vicino permittit. Cum ventum est ad cubiculum, verba jurationis concipit, nullam in villa sua scrofam, nisi istam, inquit, quae in centonibus jacet, lectulum monstrat. Ea facetissima juratio Tremellio Scrofae cognomentum dedit. — Sic etiam *Scrofa* aliquis scripsit de R. R. libros, quos *Plinius* allegat 17, 23. — Multa adhuc hic disputari possent de cognominibus apud veteres, sed quis haec brevi commentario perstringeret, quae non nisi justo volumine explicari possunt? —

Quemadmodum vero vitia postquam diu multumque invaluerunt, quandoque in virtutes abire videntur, ita corporis quoque deformitates nonnullae, si publice grassantur, et communes fiunt, totamque gentem, aut magis conspicuos invadunt, non pro labe amplius habentur, sed venustati corporis annumerantur, quasi formae gratiam conciliarent, et de generis antiquitate testimonium perhiberent. Tam imperiosa est in oculos consuetudo, quam tanti fecerunt philosophi omnes et medici, ut eam natura non inferiorem duxerint. *Aristot.* lib. de mem. et rem. cap. 2. ait: „ὥσπερ γὰρ φύσις ἤδη τὸ ἔθος, tanquam enim natura jam consuetudo est;“ lib. etiam 7. de morib. cap. 11. ibid. scribit difficile esse mutare consuetudinem, ὅτι φύσει ἔοικεν,

quod naturae perquam similis sit, quemadmodum probat ex his *Eveni* versibus:

> φημὶ πολυχρόνιον μελέτην ἔμεναι φίλε· καὶ δὴ
> ταύτην ἀνθρώποισι τελευτῶσαν φύσιν εἶναι:
>
> Multos, quod partum est meditando, permanet annos,
> Atque in naturam tandem convertitur usus.

Quod ipsum quoque affirmavit *Michael Ephes.* comm. *Arist.* de mem. et rem. unde eleganter *Galen.* comment 3. in libr. *Hippocr.* de officina part. 21. consuetudinem vocat ex maximorum medicorum mente ἐπίκτητον φύσιν, adventitiam naturam, quam appellationem post *Galen.* ei tribuit Melet. lib. de structura hominis cap. quot facultatibus homo praeditus est, ex eo factum esse reor, ut a *Sext Empir.* advers. Mathem. c. 10. consuetudo habita sit nec ars pura, nec mera natura οὔτε τέχνη οὔτε φυσικὴ συνέισθεια, sed aliquid medium inter artem et naturam. Imo vero tantum consuetudini tributum Hippocratis aetate, ut consuetudo pro ipsa natura usurparetur. Testem habeo *Gal.* comm. 2. in prognost. *Hipp.* part. 11. „ἀλλὰ ἐπὶ τῶν Ἱπποκράτους χρόνων,“ inquit, „οὐκ ἄλλο μὲν τὸ κατὰ φύσιν, ἄλλο δὲ τὰ ἔθη;“ at vero temporibus Hippocratis non aliud fuit ex natura, aliud in consuetudine. „Ex qua quidem analogia consuetudinis cum natura idem pene concessum utrique imperium, eadem potestas attributa: licet enim natura omnibus honoribus insita sit, et ex primordiis generationis enata, consuetudo vero adventitia externa et aliunde comparata, iis tamen interdum pollent viribus, ut consuetudo naturae nomen induat, natura consuetudinis appellatione delectetur. Sic Europaeos candor delectat, nigror Mauritanos, quo fit, ut in signum laetitiae atque ornatus nigras vestes assumant, quae apud Europaeos moeroris sunt et funeris monumenta. Invenustarum mulierum deformitatem familiaritas et convictus sic lenit vel dissimulat, ut pro ornatu haberi possit, ad quod non male adcommoda-

veris illud Lucretii de amore lib. 4. de rerum natura:

Multimodis igitur pravas turpesque videmus
Esse in deliciis summoque in honore vigere.
Nigra μελίχροος est, nervosa et lignea ἄκοσμος;
Caesia, παλάδιον; immunda et foetida, δορκὰς,
Parvula, pumilio, χαρίτων ἴα, tota merum sal.
Magna atque immanis, κατάπληξις plenaque honoris:

et illud Ovid. in lib. secundo amorum, eleg. 4.

Candida me capiet, capiet me flava puella,
Est etiam in fusco grata colore venus:
Seu pendent nivea pulli cervice capilli,
Laeta fuit nigra conspicienda coma.
Seu flavent, placuit croceis Aurora capillis,
Omnibus historiis se meus aptat Amor.

Inter corporis vero vitia strumae gentibus quibusdam familiares, non morbis ab iisdem accensentur, qui formae labem aspergant, sed pro dignitatis nota habentur, et in numerum ornamentorum referuntur. Nemo enim juxta *Juvenalem* Satyr. 13, v. 162. in Alpibus tumidum guttur miratur, imo tantum potius incolis est ornamentum, quanta aliis aurea diademata gemmis et unionibus intertexta. Luculentum hujus rei testimonium dat femina in Ducatu Carynthiae, quae decocto Vincetoxici suibus glandulosis mederi laborabat, et ab *Elsnero* medico interrogata, cur non eodem remedio sibimet ipsi struma laboranti consuleret? respondebat, se nullo indigere remedio, cum tumores isti sibi sint ornamento. Haec de strumis opinio honorifica si omnibus probaretur, qui iis laborant, nae ego haberem, cur ab opera, quam in evolvenda hujus tumoris indole et curatione collocare in animum induxi, potius abstinerem? Enimvero longe aliter sentiunt aequi formarum spectatores, qui gratiam corporis in legitima partium structura quaerunt, eamque organorum proportione convenienti metiuntur, atque colli potissimum aequalem et fere circularem rotunditatem laudant; foedos

vero ejus tumores horrent, et tantum non abominantur. Operae itaque pretium me facturum spero, si de colli gratia et structura naturali restituenda laboravero. — Multa dici possunt similia, sed non video, quid utilitatis inde ad lectorem redeat; quae enim in tali re sint servanda, executi sumus. Jam vero non ausim silentio praetermittere diminutivum *strumella*, parva struma, quod apud *Marcellum Empiricum* c. 15. occurrit; porro adjectivum *strumosus*, qui id vitium patitur, vid. *Juvenal.* Satyr. 10, 309.:

> Nec praetextatum rapuit Nero loripedem, nec
> Strumosum, atque utero pariter, gibboque tumentem.

*Colum.* l. 7, c. 10. „Subus strumosis sub lingua sanguis mittendus est.“ Sic etiam Adjectivum *strumaticus* extat apud *Jul. Firmium* lib. 8, c. 19. „Vicesima tertia pars arietis, si in horoscopo fuerit inventa, strumaticum faciet, exulcerata macularum labe possessum, vel certe elephantiaca contagione maculatum.“ Hinc quoque deductum videtur *strumea*, herba, quae ipso nomine et fronte mirum quid promittit ad curationem, sed in exsolvendo promisso languet; vid. *Plinium* 12, 13. de quarta ranunculi specie: „Nostri,“ inquit, „herbarii *strumeam* vocant, quoniam medetur strumis, et panis, parte in fumo suspensa, creduntque ea rursus sata, rebellare quae curaverint, vitia, quo scelere et plantagine utuntur.“ Eadem herba vocatur alio nomine *strumus*, utilis herba ad strumas, unde nomen: *Plin.* l. 27, c. 8. ad fin. et *Apulejus* de herb. cap. 74. — Sed haec sufficiant ad nominis illius rationem intelligendam: forsan alia adhuc vocabula in usu fuerunt Latinis, sed ad vivum omnia resecare hominis est potius curiosi quam docti, quare ad alia commigro. —

Variis aliis nominibus morbus hic designari solet.

*Graecis* strumae appellantur χοιράδες [221 a, b)] et quidem ex mente *Aeginetae* lib. 6. cap. 35. p. m. edit.

---

221 a) Qui rem exactius nosse voluerit, consulat *Hippocratem*, Aphor. III. 26. p. 81. lib. de glandulis cap. VI. p. 417. et Coac. Praenot. 145. pag. 574. vol. I. ex edit. van der Linden. Porro *Galenum* de tum. praeternatur. 3. a. 84. F. de different. morb. 3. a. 3. D. multisque aliis locis, quos ex magno et pleno acervo depromere non placet: vide *Antonii Musae Brasavoli* indicem refertissimum in omnes *Galeni* libros. — *Oribasium* de morb. curat. lib. III. cap. XLIII. vol. I. p. 634. C. D. — *Paulum Aeginetam* lib. IV. cap. XXXIII. p. 518. vol. I. lib. IV. cap. XXXV. p. 564. vol. I. — *Aëtium* Tetr. IV. Sermo III. cap. V. p. 741 — 742. vol. II. — *Actuarium* de method. med. lib. II. p. 190. F. G. vol. II. — *Nicol. Myrepsum* de Propom. sect. XXXVIII. p. 773. vol. II. ex edit. *Henr. Stephani*; — *Dioscoridem* lib. 2. c. 153. sic denique haec etiam ex *Julii Pollucis* onomastico repetantur, qui ita scriptum reliquit: χοιράδες περὶ σιαγόνι καὶ τραχήλῳ καὶ μασχάλοις καὶ βουβῶσιν, id est, tumores sive strumas aut scrofulas circa maxillam et collum et axillas et inguina reperiri. — Quam quidem Graecae vocis ambiguitatem interpretes non assecuti, per strumas omnes corporis praeternaturales eminentias exposuere, quas tumores debuissent nominare. 221 b) χοιρὰς, άδος, id est porcula, scrofula, quam primariam significationem confirmare possem ex infinitis *Graecorum* locis, nisi rem notam omnibus et perspectam in memoriam revocarem. At peculiari nomine χοιράδες dicuntur πέτραι λεῖαι ἐν θαλάσσῃ, ἢ δεξοχαὶ, ἢ ὄχθη πετρῶν, teste Suida. Aliis saxa sub mari nigra, aliquantulum eminentia, ut porco nanti similia videantur. Sic *Euripidis* quoque Scholiastes χοιράδα nominari scribit πᾶσαν πέτραν δεξέχουσαν καὶ περικλυζομένην θαλάσσῃ, σπήλαιον ἔχουσαν, quamlibet rupem e mari eminentem, quaeque undis marinis circumluitur, et cavum antrum habet; id quod ipse Tragicus innuit sub finem *Andromachae*, Ἐλθὼν παλαιᾶς χοιράδος κοῖλον μυχὸν Σηπιάδος, ἵζευ. Idem alibi *Troad.* v. 89. Δήλιοι χοιράδες dicit, Delii scopuli; sic in *Eumenidibus Aeschyli* v. 9. λιπὼν δὲ λίμνην Δηλίαν τε χοιράδα, *Apollo* autem cum paludem Deliacamque rupem reliquisset; rupem vero Deliam dixit *Aeschylus* et similiter *Euripides*, ideo quod arida et saxosa esset haec insula, dicta inde κρανικὰ Δῆλος ab *Orpheo* s. *Onomacrito* in

graecae 187. τοὔνομα λάβουσα ἢ ἀπὸ τῶν χοιράδων πετρῶν nomen acceperunt, aut a choeradibus petris, quae sunt saxa sub mari nigricantia, aspera, aliquantum eminentia, et ideo porcis natantibus, dum capite eminent, ita dicente *Joh. Langio* epist. med. 43. l. 1. pag. 218. similia; ἢ ἀπὸ τῶν συῶν, ὅτι πολυτόκον ζῶον, ἢ ὅτι τοιουτώδεις οἱ χοῖροι τραχήλους ἔχουσιν; aut a suibus, eo quod numeroso foetu foecundum est animal, aut quia sues ejusmodi colla habent, in quibus vulgus scrofulas illas de collo pendentes vocare solet Klöckchen am Halse, habenturque pro signo bonae frugis. Inde quoque, ut et forsan quod strumulae interdum aliquo modo repraesentent mammas scrofularum, hi strumosi tumores scrofulae [222]) vocantur.

Speciali nomine quibusdam [223]) struma in antica parte colli apparens βρογχοκήλη a voce Graeca βρόγχος, aspera arteria, et κήλη, hernia, seu ramex guttu-

---

*Argonauticis*, et a *Pindaro Isthm.* od. 1. ubi juxta veteres ejus enarratores τραχεῖα καὶ πετρώδης ἡ νῆσος eadem traditur. *Theocritus* petras symplegadas etiam χοιράδας appellat, ut Idyll. 13. de Argo navi. In Epigrammate legimus etiam χοιράδας εἰς πέτρας addito substantivo, quod in praecedentibus omissum est. — Jam vero Adjectivum etiam occurrit, χοιραδώδης, strumosus, quod *Plutarchum* habet auctorem in Symp. 4. „ὥσπερ ἐν τοῖς σώμασι τὰ χοιραδώδη καὶ ἀδενώδη φύματα θερμότητες τινες καὶ ὑγρότητες αἱματώδεις ἐν δημιουργοῦσι." De reliquis cum satis copiose sint commemorata, non est, quod pluribus exponantur, ne bis coctam crambem apponere cogar.

222) Ad probandam hanc sententiam prodeat ex veteribus *Celsus* lib. V. cap. 28. — *Scribonius Largus* de compos. med. liber cap. 20. B. C. p. 206. vol. I. — *Marcellus Empiricus* de medicam. lib. cap. XV. A. B. p. 307. vol. I. ex edit. *Henr. Stephani.* 223) *Paullus Aegineta* de re med. lib. VI. cap. XXXVIII. E. F. vol. I. p. 565. — *Aëtius* Tetr. IV. sermo III. cap. VI. vol. II. p. 743. Tetr. IV. sermo I. vol. II. p. 669. — *Celsus* lib. VII. cap. XIII. H. A. B. vol. I. ex edit. *Henr. Stephani.*

ralis, dicitur. Quomodo vero differant, jam videas apud *Aquapend.* de chirurg. operat. p. m. 231. Sic porro *Juvenalis* Satyr. 13. v. 162. eam appellat tumidum guttur:

„Quis tumidum guttur miratur in Alpibus?" — —

Vetus interpres addit: „tanquam si in Alpibus homines gutturosos admireris, ubi tales sunt plurimi; nam lata et inflata colla habent." Quam quidem gutturis significationem *Plinius* quoque lib. 11. cap. 37. sect. LXVIII. confirmavit his verbis: „Guttur homini tantum et suibus intumescit, aquarum, quae potantur, plerumque vitio." Adjectivum *gutturosus*, qui tali tumore laborat, extat apud Ulpian. in Pandect. de aedilicio edicto l. 12. §. 2. „Si quis natura gutturosus sit, aut oculos eminentes habeat." —

Latini recentiores ex graeca in suam tradiderunt linguam nomina. In eorum itaque scriptis morbum sub nomine *Scrofulae* [224]), *Bronchoceles* [225]), *Tracheoceles* [226]), *Trachelophymatis* [227]), *Herniae gutturalis* [228]), *hydropis glandularum colli* [229]), et in lingua latina plane inculta *Botii* [230]), *Bossii* [231]) et *Bocii* [232]) designatum le-

224) *Fabric. ab Aquap.* lib. de tumoribus p. 26. — *Daniel Sennertus* instit. med. libr. V. part. I. sect. II. cap. XIII. p. 963. — *Heisterus* instit. chir. edit. Amstel. 1750. p. 678. — *Unzerus* medizin. Handbuch 1794. N. 52. n. 1. — *Thomas White* über Scropheln und Kröpfe nebst Widerlegung ihrer Erblichkeit 1783. 225) *G. Fallopii* tract. de tumor. praeter natur. in op. omn. 1584. Part. II. cap. 17. — *Monteggia* l. c. p. 73. — *de Sauvages* Nosol. method. Tom. I. p. 157. — Zoonomie von *Darwin* 3. Th. Class. I. 20. 226) *Fernelii Ambiani* univ. med. Francf. 1693. p. 649. 227) *Sagar* system. morborum sympt. 1783. Spec. 31. 228) *Arn. Villanovani* oper. omn. Basil. 1583. p. 1190. 229) *Chr. Gottl. Lange*, diss. de strumis et scrofulis, Viteb. 1707. p. 3. 230) *Monteggia* l. c. p. 73. 231) *Gautieri* l. l. p. 11. 232) *Astruc* Abhandlung

gimus. Paullo post *Kortum* [233]) in hanc quoque arenam prodiit, rem aliquam natura sua difficilem via ac ratione excussurus, et hic revera prae aliis nominandus est, qui primas illas denominationes vituperaverit, quibus de alio morbo, dilatatione nempe membranae interioris asperae arteriae vel quando ex membrana tracheae disrupta aëris fit infiltratio in glandulam thyreoideam et telam cellulosam adjacentem, nunc uti solent; *intumescentiam* vero *glandulae thyreoideae strumam* appellant, quo nomine veteres etiam *scrophulas* significabant. *Scaligero* et *Camerario* ii, quorum guttur tanquam spongia quaedam intumescit, *guttur ones* nuncupantur. —

*Germanis* strumae vocantur Kröpffe sive Gröpffe et Kröppe, forsitan a comparatione ab ingluvie pennatorum desumta, quae nobis pariter der Kropff dicitur, et in anteriore colli parte, praecipue si alimentis repleta fuerit, eminenter conspicua est; porro Gewächse, Aftergewächse am Halse, et *Unzerus* nomen ei tribuit Halskropff [234]) et *Schmalzius* Gurgelgeschwulst, dicker Hals [235]).

*Batavis* est *Krop, Kropgezwel* [236]), *Kropzweer, Keelgezwel, Keelbreuk.*

*Danis Keigbyld, Quaerkbyld.*

*Suecis* struma, *Knöliaext, Knölar.*

*Polonis Wól* (id est *Wola*).

*Russis* ζοδξ (id est *Zob.*)

---

von Geschwüren und Geschwülsten mit Anmerk. und Zusätzen von *O. B. G. Hebenstreit* 2. Th. p. 184. — *Musitanus* de tumoribus praeter naturam cap. XXV. 233) *C. G. T. Kortum* Abhandlung von den Scropheln aus dem Latein. Lemgo 1793. p. 49. 234) l. c. No. 52. m. 1. 2. 235) Versuch einer medizinisch-chirurgischen Diagnostik in Tabellen etc. 1808. XLVIII. B. 236) Proeve over de voornaamste langdaurige gezwellen. Voor *Dr. van Gescher*, Amst. 1767. p. 220.

*Anglis* est *Bronchocele, Derbyneck*[237]), *Goitre*[238]), *Wen on the throat, Derbyshire Neck.*

*Francogalli* nomine *Goître*[239]), *Gouatre*[240]), *Goêtre*[241]), *Herme gutturale*[242]), *Gultron, Tumeur de Cou.*

*Italis* est *Gozza*[243]), *Gosso della Gola, Gozzaja, Soggiojaja.*

*Hispanis Seca, Lapos, Lobanillo, Papera. Lusitanis Papo, Papeira, Inchaco, Bocio, Enchaco, Goetra, Trama.*

### b. Homonymia.

*Homonymiam* quod attinet, sumitur in scholis medicis vocabulum *strumae late, stricte* et *strictissime. Late* et *improprie* omni fere tumori aut notabili extantiae, in quacunque demum parte illa sit, tribuitur; sicuti nomine *Bocii* penes *Valescum de Tharanta* inP hilonio Tract. Chir. c. 15. *Langium* L. I. epist. 43. aliosque varii tumores veniunt, tam non glandulosi, quam glandulosi. (Usitatiore tamen significatione bocium idem denotat, quod bronchocele). Hinc pro gibbere apud *Celsum* medicorum olim Ciceronem, et apud *Langium* in epist. 4. lib. 3. p. 980. pro

---

237) *Th. Prosser* an account and method of cure of the *Bronchocele* or *Derbyneck.* Lond. 1769. *R. Hamilton's* Eeobachtungen über die Scrophelkrankheit, a. d. Engl. Leipzig 1793. p. 107. 238) A memoir concerning the disease of Goitre asit prevails indifferent parts of North-America, by *Barton*, Philadelphia 1800. 8. 239) *Foderé* essai sur la goître et le crétinage. Turin 1792. — *Girard* loupiologie, à Londres 1775. p. 404. 240) *L. Pétit*, traité de mal. chir. et des opér. qui leur conviennent, Paris 1763. Tom. I. cap. IV. p. 173. 241) Précis de chirurgie pratique, Paris 1763. Tom. II. chap. 12. 242) Dictionaire raisonné des sciences et des arts etc. Tom. VII. p. 770. 243) *Dionis* cours d'opérations de chirurgie, par *G. de la Faye*, Paris 1757. p. 639.

abscessu in folliculo seu propria membrana coarctato et coalito accipitur. *Lindenius* melet. part. 1. §. 55. pag. 101. strumam, glandulam et nattam steatomatis accenset. *Langius* in diss. de struma ac scrophulis 1707. Viteb. praeside *Sperlingio* habita §. 4. per strumam tumorem simplicem, per scrophulas autem magis multiplices et plerumque minores significari optime vult. *Durantes Scacohus* in suo subsidio medicinae l. 4. c. 14. p. m. 351. in qualibet corporis parte strumas evenire posse scribit, et *Laurentius* Regis Galliae quondam medicus, Nobilem quendam totum fere a capite ad calces strumosum observavit. *Johannes Philippus Ingrassias* lib. de tumoribus in dissectione cadaveris strumas circiter septuaginta diversae magnitudinis vidit in mesenterio. Observatum quoque est in praxi non una vice, illos, qui strumis externis afficiuntur, internis quoque ut plurimum laborare, et glandulam majorem mesenterii, quae Pancreas Asellii vocatur, plerumque affectam, justo nempe majorem et duriorem inventam fuisse quam alias esse solet in statu naturali; vid. Ephem. Germ. Ann. I. obs. 57. p. 155. Juxta *Galenum* in libr. de tumoribus praeter natur. omnis inflammatio indurata, et in scirrhum mutata struma dici potest. Et sane ipse *Hippocrates* non in una eademque significatione vocabulum τῆς χοιράδος adhibuit. Nam in Coacis L. II. Sect. 3. aphor. 2. ex distinctione *Hollerii* χοιράδας anno decimo ad quadragesimum secundum fieri docet, quod nobis de struma et de glandulis folliculo instructis experientia teste assumendum est. In aphorismo vero 26. sect. 3. χοιράδες καὶ τὰ ἄλλα φύματα mox post dentitionem jam nasci scribit, ubi per illos sine dubio glandulas dispersas vel collectas, easque tumefactas, utpote qui affectus junioribus admodum frequentes cernuntur, per haec vero omnes tumores, qui extra glandulas nascuntur, annotavit, minime autem strumas, utpote huic aetati non

competentes. Sic *Blancardus* [244]) in maxillis et in hepate strumas descripsit; brachio adnatum tumorem magnum strumam vocavit; *Schenkius* [245]) vero ingentem in coxa tumorem, cujus praecisae carnis moles pondus sexaginta librarum excessit, *Benivenius* [246]) in dorso, et *Ephem. Nat. Curios.* [247]) strumas toto corpore dispersas commemorant, *Pechlinus* [248]) tumorem ad duorum pugnorum magnitudinem majorem in spatio superiori, quo cor spectat, inter utrumque ventriculi orificium sectione detexit, quem strumam ventriculi vocavit *Frankenau* [249]); curiosa est observatio, quam *Bonetus* sepulchr. libri IV. sect. 2. ex *Nicolai Fontani* Resp. et Cur. med. allegat, videlicet juvenem strumis, quae gulam asperamque arteriam simul adeo compresserant, ut neque potus vel ipse aër transire posset, mortuum esse, cujus dissecto cadavere repertae fuerunt in orificio stomachi etc. etc. Indurationem glandularum oesophagi ventriculi orificio superiori vicinarum, penitus deglutitionem assumptorum abolentem, *Mauchartus* [250]) strumam oesophagi appellavit, et secundum Ephemerides Naturae curiosorum in aliis adhuc locis insolitis strumas sedem habuisse scriptum legitur. Sic denique Callisen complures intumescentias, quibus glandula thyreoidea non afficitur, ad strumas sic dictas spurias numeravit, et huc sequentes refert affectiones:

a) Strumam fungosam, i. e. tumorem colli ex infiltratione materiae gelatinosae in telam cellulosam colli, quo glandula thyreoidea minime tumet. Haec au-

---

244) Anat. pract. C. 2. Obs. I. p. 193. 245) Observat. med. Lib. V. p. 723. 246) lib. de abditis morbor. et sanationis causis cap. 13. p. 219. 247) Dec. II. ann. 10. observ. 113. pag. 207. 248) Observat. 31. Libr. 3. p. 481. 249) Eph. N. C. Decas. 3. An. 5. et 6. obs. 175. p. 401. 250) Diss. de struma oesophagi hujusque coalitu etc. Tubing. 1742.

tem struma cum bronchocele cellulari Schmalzii est comparanda.

b) Strumam cysticam. Inciderunt recentiorum multi v. c. Noël, Lieutaud, Astruc et alii in illum veterum errorem, strumam tumorem cysticum esse, forma tumoris externa decepti; tumores enim cysticos colli strumae figuram accipere, iisque symptomatibus conjunctos esse posse, Kortum bene jam monuit, quoad tamen naturam et sedem magnum intercedit discrimen, de quo infra adhuc exponemus.

c) Strumam aneurismaticam Callisen quoque ad strumas spurias refert. Aneurisma arteriae carotidis saepe figuram strumae prae se fert, ita ut pulsatione sola ab hac secerni possit. Itaque *Wisemann* (several chirurgical treatises, by *Wisemann*. Lond. 1767. pag. 73.) affirmat, multos se adiisse aegrotos cum colli tumore, quem strumam esse multi crederent, a pulsatione autem tumoris se intellexisse, aneurisma adfuisse.

d) Inter alia Callisen strumam glandulosam ad strumas numerat, quam, tumorem a scrophulosa glandularum colli affectione excitatum, appellat. Hanc strumam vero ad scrofulas esse referendam, nemo est, quin hoc concedat. — *Stricte* vero idem accipitur pro glandularum duris et peculiari membrana conclusis tumoribus, qui in glandulis sub axillis, in inguinibus, ut et mammis, plerumque autem in collo oriri solent: lege *Hippocratem* in libri de glandulis cap. VI. 65. p. 417. ex cit. edit., *Galenum* 14, meth. med. cap. 11. *Aeginetam* de re med. lib. VI. cap. XXXV. p. 564. et libr. IV. cap. XXXIII. p. 518. *Aëtium* Tetr. IV. Sermo III. cap. 5. p. 741—42. *Actuarium* de meth. med. lib. II. F. G. pag. 190. ex edit. cit. et *Paullum a Nicaea*, cujus verba ipsa producantur, cum manuscriptum, quod *Cl. Dresdensis medicus*, *Weigelius*, quo praeside Aesculapio arae semper calebunt, Romae invenit,

nondum sit evulgatum doctisque igitur plane adhuc ignotum. Qui vir cum alios *Angelicae Bibliothecae* codices perlustraret, in hunc quoque thesaurum incidit, eumque descripsit. Consilium, quod tum ceperat, libri edendi, postea non abjecit, eique servatum est, ut pretiosissimas illius vetustatis reliquias e tenebris protrahat, eoque incremento rem literariam fortunet. Caeterum *illustri viro* ago gratias, ut debeo, immortales, quod ita animatus in me sit, ut his non solus frui voluerit, sed reperti thesauri me quoque liberaliter participem fecerit. Auxit meum amorem in virum omni literarum genere eminentissimum haec a me non exspectata, eoque jucundior voluntatis erga me minime dubia significatio; soleo enim amare in hominibus humanitatem haud paullo plus mehercule, quam doctrinam. Sed ut eo, unde digressus sum, redeam; scripsit *Paullus a Nicaea* haec verba: „Τί ἔστι χοιράδες; φύματα μὲν ἐπὶ τραχήλου καὶ μέχρι κατακλείδων καὶ στήθεος ἐκφύονται." Et denique consulere non pigeat *Celsum* lib. V. cap. 28. *Leonh. Fuchsium* de curandi Ratione L. V. cap. XVI. *Hieronymum Montuum* in pract. med. parte IV. cap. XXIV. *Sennertum* Prax. L. II. P. I. cap. XXV. aliosque. Nonnulli autorum *strictissime* loquendo strumam et scrophulam aliasque intumescentias inter se distinctas esse volunt, de quo legi potest *Warthonus* in adenogr. cap. 40. p. m. 253. et *Platerus* in Prax. T. 3. cap. 3. ac per strumam κατ' ἐξοχὴν dictam, eum saltem, qui in colli sede gutturi incumbente residet, atque glandulam thyreoideam [251]), saepius cum tela cellulosa vicina, nec non

251) *J. B. Morgagni* de sedib. et causis morbor. Louani 1767. Lib. IV. Cp. 50. — *Sauvages* l. c. p. 57. — *Girard* l. c. p. 407. — *Baillie* l. l. — *Camper* in libro doctis percognito. — *J. J. Plenk* novum Systema tumorum Part. I. p. 104. — *Foderé* l. m. — *Bell's* Chirurgie Tom. IV. p. 337. — *Hausleutner* et cl. *Iphofen* l. l.

glandulis colli minoribus, occupat, tumorem intelligunt, de quo etiam nobis in praesentiarum potissimum sermo est. — Jam vero res et tempus me monet, ut vela pandam, et e portu tandem aliquando navigem; primae enim difficultati satisfactum puto, quamquam multa adhuc, ut opinor, hac de re disputari possent; sed nolim obvia quaeque quasi ex occasione abripere.

## §. 41.

### 2) Natura et forma strumae.

In morbo explorando primum ad ejus naturam, quae ex momentis ad causam cum externis tum internis, deinde ad formam, quae ex phaenomenis apparet, spectemus. Sed non sufficit morbum solum cognoscere, sed etiam, quae partes maxime affectae sint, intelligere. Struma itaque, ut supra dixi, est forma pseudorganica glandulae thyreoideae, colli anteriorem partem occupans. Sedes morbi est glandula thyreoidea, et quilibet alius tumor colli, sit hic vel anevrisma carotidis, vel tumor cysticus, vel intumescentia colli ex infiltratione materiae peregrinae etc. inepte ad strumas refertur. Peculiaria signa adsunt, quae enarrandi hic locus est. In anteriore colli parte tumor suboritur, qui ab initio raro sentitur, nullos dolores excitans, et inaequalem et fere granosam superficiem ostendens. Tumor, qui tarde increscit, mollis, elasticus, non raro mobilis, in basi latus et digito prementi cedens conspicitur. Saepe una glandulae thyreoideae pars ista abnormitate affecta est, ibique tumorem efficit; reliqua glandulae pars sana. Sic omnis fere hic tumor isthmum solummodo medium saepe invadit [252]), saepe lobus unus alterve modo tumet, et

---

252) *Monteggia* l. c. p. 75.

reliqua pars in statu sano versatur [253]). Si ars huic malo nullos fines imponit, tumor magis magisque increscit et augetur [254 a. b.]), interdum totum fere collum cingit, imo etiam ad claviculam aut sternum usque in cavum pectoris descendit, tracheam, pulmonemque comprimit [255]), et magnitudine accrescente in

---

253) *Paullus Aegineta* de re med. lib. VI. cap. XXXV. p. 564. — *Halleri* opusc. pathol. Observ. 8. 254 a.) *Noël* précis sur la nature des maladies produites par le vice des humeurs lymphatiques, Paris 1779. p. 101. et *Girard* l. c. p. 408. ad pectus imo ad umbilicum usque pependisse observarunt. 254 b.) Inter nonnullas gentes et populos strumae ob frequentiam suam in statum ipsis plane naturalem abeunt, ut nequidem medelam adversus illas expetant. Multis nationibus quam maxime familiares sunt, habitantibus praecipue in locis paludosis et montibus v. g. in Silesia, Carynthia etc., inter quae tamen regio Tyrolensis notari meretur; nam ibidem in tractu Bünsgensi nemo fere nascitur et vivit, qui hac labe non inficiatur, adeo ut advenis et proficiscentibus structura elegantiori praeditis vitio ab incolis vertatur, ac si membro ab iis pro principali habito destituerentur, et si quandoque nascitur infans sine ejusmodi tumore monstroso, pro imperfecto habent, atque aram Deumque venerantur argenteis vel aureis ad similitudinem efformatis strumis sacra loca exornando, precibusque impense fusis hoc decus eximium pro recens nato exorant, quod etiam facile assequuntur, cum diaeta illorum satis sufficiens sit in progressu ad ejusmodi tumores excitandos. Strumae Bünsgensium adeo ingentes ac monstrosae sunt, ut etiam ad genua usque quandoque dependeant, sic uti videre est in icone I. dissertationi a Mittermayero editae: de strumis ac scrophulis Büngensium. Erford. 1723. praefixa. Aliae minores occurrunt mulierculis potius frequentes, quamvis utraque specie haud raro viri foeminaeque corripiantur; quantum vero quantitate prioribus cedunt, id numero supplent, dum totum fere collum cingunt, et multitudine accrescente in molem satis notabilem atque molestam coacervantur, distinguntur porro variis interstitiis seu foveis, ut uvarum baccas ex eadem racema dependentes quasi imitentur, vel quandoque etiam alterutro laterum annectuntur magis, et in humerum sese reponunt. vid. fig. II. in dissert. cit. 255) *Schmucker's* vermischte chirurg. Schriften Bd. 1. obs. 35.

molem satis notabilem et molestam coacervatur: nunc maximae molestiae oriuntur, vitae periculo conjunctae. Color superficiei strumae, qui antea naturalis fuerat, in rubrum et coeruleum mutatur, et circa eam vasa interdum plena, vel pallida, vel livida tenduntur [256]) et quasi incurvantur, sic ut animantis cancri diductos pedes similitudine quadam representent. Permulta alia adsunt signa et phaenomena, quae partim ex pressione in partes vicinas, partim ex natura et indole strumae dependere videntur. Semper adest respirandi et deglutiendi difficultas [257]); ex pondere strumae et compressione laryngis ac nervorum loquelae inservientium derivanda est vocis mutatio [258]); voces enim eduntur altiores, interruptae, suspiriosae asthmaticorum vel orthopnoicorum instar, accedit stertor narium, continua quasi gravedo et asperitas gulae, unde voce obtusa et rauca nec unquam clara strumosi gaudent. *Mauchart* [259]) in virgine extincta coagmentata prolifera struma tracheam adeo coarctatam vidit, ut nec tenuissimum graminis foliolum admittere potuerit. A compressione octavi nervorum paris, capite in veris cretinis male conformato deducit hanc vocis mutationem *Ackermannus* [260]). Respiratio interdum ita est impedita, ut aegrotus in metu pneumoniae [261]),

---

256) *Astruc.* l. c. p. 183. 257) Memorabile hujus rei exemplum refert *Monteggia* l. c. p. 73. Saepe etiam cariem laryngis ac tracheae ortam esse, observatum est. Cfr. *J. Lieutaud* hist. anat. med. Paris 1767. Tom. II. p. 302. — *B. Goosch* Cases and practical remarks in Surgery Norw. 1767. Vol. II. p. 99. *Monteggia* l. l. p. 79. 258) vid. §. 39. nost. opusc. 259) dissert. cit. p. 22. 260) Ueber die Cretinen, eine besondere Menschenabart in den Alpen; mit Kupfern. Gotha 1790. 261) Recueil d'observations chirurg. faites par *M. Saviard.* Paris 1784. p. 304. — *Consbruch* in Nov. Act. Nat. Cur. Tom. V. p. 83.

suffocationis et apoplexiae versetur, multa quoque exstant ab hac causa suffocationis exempla [262]).

Oesophagus a tumore saepe ita comprimitur, ut cibus et potus a strumoso rejiciantur [263]).

Ex compressione nervi laryngei superioris, recurrentis et nervi vagi auditus difficultas et vocis mutatio explicari facillime potest [264]).

Compressio vasorum sanguiferorum reditum sanguinis ex capite impedit, ideoque congestiones sanguinis versus caput; unde sopores, vertigines et dispositio ad apoplexiam oriuntur et saepe teste *Hallero* [265]) mors apoplectica inde secuta est.

Copia vasorum in glandula thyreoidea sanguiferorum permagna est, vasa congestione valdopere dilatantur, facile itaque fieri potest, quod etiam factum est, ut disrumpant. Effunditur tunc sanguinis copia, aneurisma quasi spurium oritur, quod subitaneum tumoris incrementum excitat, indeque suffocationem aut apoplexiam minatur [266]). Struma nullis ei oppositis medicamentis semper quamquam tarde increscit, interdum usque ad mortem, non raro etiam usque ad

262) *F. Roncalli* medicina Europae, Brixiae 1747. p. 229. — *A. Halleri* opusc. pathol. Obs. 8. — *Th. Kerkring* obs. anat. 74. in op. omn. an. p. 148. — *Pettmann* Nov. Act. N. Cur. Tom. III. p. 494. — *M. A. Severinus* de recond. abscess. natura. Lib. VIII. Lugd. Batav. 1724. p. 198. — *N. Tulpii* obs. medic. Amst. 1672. p. 86. 263) *P. H. Verduin* in Auctuar. II. ad *J. Sculteti* Armam. chir. Amst. 1741. Obs. 18. — *Saviard* l. l. p. 304. 264) vid. §. 39. nost. opusc. 265) Loc. cit. Observ. 8. 266) *Severinus* l. l. c. 198. — *Foderé* l. c. p. 18. — *Petit* l. m. p. 125. — *Alix* etiam exemplum effusionis sanguinis ex arteriae thyreoideae sinistrae ramo in strumam narrat, quo aegrota apoplectico modo necabatur. Vid. Observ. Chirurg. Fasc. I. Obs. VII. Sed dubito, an observatio haec ab eo facta sit: alius enim medicus *Rumpel* totam rem vérbotenus jam aliquot annos antea in Tomo V. Nov. Act. Nat. Cur. 1772. p. 247. enarravit.

aliquod tempus, quo ipsa sibi certos fines terminosque constituit. Observatione constat, quibusdam temporibus strumam imprimis mollem, nec inveteratam volumine augeri, aliis vero imminui. Hocce phaenomenon imperio lunae in organismum humanum tributum est, et omnia medicamenta contra strumam laudata decrescente luna porrecta esse legimus. *Noël* [267]) et alii hoc negarunt et ridiculosum habuerunt hanc explicandi rationem, et potius connexui hujus morbi cum fluxu menstruo mulierum tribuendum esse censerunt. Quamquam influxus lunae in corpus nostrum nondum extra omnem dubitationem positus est, tamen permulta exempla adsunt, quibus vim e sideribus influentem in corpora haec inferiora [268]) et praesertim etiam in morbum nostrum [269]) non parvam esse edocemur. Equidem cum ex vario coeli motu ortuque siderum et occasu non solum anni tempora distinguantur, sed etiam aër varias subeat mutationes, quibus hominum temperamenta afficiuntur, idcirco *Hippocrates* I. de diaet. et lib. I. de aër. loc. et aq. Astronomiam Medico necessariam esse putat, cui suffragatur *Galenus* comm. 1. lib. V. epid., assentiuntur gravissimi medici *Fortunat. Fidelis* in Bisso lib. 2. cap. 6., *Roder a Custro* in Med. Polit. lib. 2. cap. 2., *Hippol. Obicius lib.* Astronomicarum praedict. et *Adria. Alemann.* comm. in lib. *Hippocratis* de aër. loc. et aq. text. 13. Caeterum quaeri hic posset, quot modis coelum in aërem resque sublu-

---

267) l. l. p. 101. 268) *Rich. Mead* de imperio solis et lunae in corpora humana et morbis inde oriundis. Amstelod. 1710. 269) Dissertatio valdopere laudabilis de struma auct. *J. G. Jordan*, Götting. 1793. p. 20. „Equidem ipse, inquit auctor huj. diss. duos vidi infantes, puerum quinque et puellam novem annorum: ambo ab infantia jam glandulae thyreoideae tumore laborabant, eorumque mater sanctissime mihi affirmabat, se talem mutationem lunae mutationibus arctissime respondentem, et in infantibus et in semet ipsa strumam gerente observasse.“

nares agat, an manifesta ratione per lumen et motum, an occulta per influxum, ac per motum si agat, an per se calefaciat, vel per accidens; si per lumen, an immediate vel radiorum interventu, si denique per influxum, an per effluxum substantiae aut virtutis. Sed quia a philosophis magni nominis haec fusissime in utramque partem explicata sunt *Zabarell. Caesaep. Telesio, Pererio, Patritio, Anton. Bernardo, Bartholino,* idcirco nihil transcribam rerum ipsa experientia contentus, qua sola astrorum virtutes ne a doctis sed ab idiotis deprehenduntur. Soli quidem mundi ocello, planetarumque principi praecipua auctoritas adscripta, qui suo accessu generationis, recessu corruptionis rerum maxima est causa, sicque anni tempora distinguit, ut in aëre fiant varia temperamenta, in animalibus tam potenter agit, ut varios humores producat, et ad coitum generisque propagationem, quemadmodum jam scribit *Galenus* lib. 5. de cris. cap. 2., sollicitet. Magnae quoque sunt lunae in haec inferiora vires; nam et mulierum menstrua provocat et Epilepticis nocet, et stirpes fructusque adauget, et animantia saginat, et corpora humectat, emollit, putrefacit, velut eleganter insinuat *Gal.* loco cit. et *Plinius* lib. 2. cap. 100. Addit etiam *Galenus* mutationes, quae morbis acutis accidunt diebus criticis, lunae esse tribuendas. Jam vero pro quadruplici ejus forma atque habitu, quem induit, dum lumen a sole foeneratur, varias aëris mutationes inducit, interlunio quidem atque plenilunio vehementiores, quod illud frigidius sit, hoc calidius. Caeteros etiam planetas aërem suis qualitatibus immutare docet jam *Ptolem.* lib. I. de indic. astro et ejus comment. *Porphyrius.* Id ipsum stellarum fixarum proprium esse *Hippocrates* demonstravit, dum canis, pleiadum, arcturi ortum et occasum cognosci a medico debere docuit lib. de aër. loc. et aquis, quod ab illis magnae in aëre contingant muta-

tiones et alterationes. Exortu enim caniculae quis aestuare maria, fluctuare in cellis vina, canes in rabiem agi ex *Plinio* cap. 42. lib. 1., quis difficillimas illo tempore esse purgationes ex *Hippocr.* aph. 5. lib. 4. non observavit? Deinde si *Columellae* credimus cap. 2. lib. 1. de re rust. Pleiadum occasu tempestates ventique aquilonii insurgunt, et procellosae grandines Arcturo emergente. Denique quis non mirabitur cum *Ruell.* lib. 2. de nat. stirp. cap. 152. stupendos effectus Aequinoctiorum et Solstitiorum, quorum etiam notas indubitatas significavit natura et eas manibus ipsis Agricolarum ingessit? floret ipso brumali die suspensa in tectis aridis herba pulegii et musculorum jejuscula augentur: Cynocephalum utriusque Aequinoctii tempore per horas diei singulas et duabus itidem noctibus urinam profundere notaverunt Aegyptii. Aestivo solstitio arthritide tentari corvos obvertique olearum et tiliarum folia omnibus est exploratum; haec quidem partim astrologicae, partim medicae sunt considerationis. Sed ea spectat Astrologus, ut fortunas rerumque eventus vaticinetur, Medicus, ut temporum aërisque mutationes et ex his nascentes morbos agnoscat. — Fluxum mensium inter et strumam singularem adesse harmoniam, ex variis patet. Saepe enim struma in foeminis mensium difficultate aut suppressione laborantibus oritur, et menstruatione in ordinem redacta iterum disparet [270]). Saepe autem nullus hujus rei in strumam influxus animadvertitur [271]). Singularis harmoniae inter strumam et menstruationem exemplum narrat Verduin [272]). Foemina notabili infestabatur struma, ex qua maximam trahebat difficultatem anxietatemque. Omnibus remediis frustra tentatis, apertura in loco tumoris eminentiore facta est, ex qua flavus tenuisque liquor

270) *Petit* l. l. p. 209. 271) *Prosser* l. c. p. 41. 272) Cfr. auct. II. ad *J. Sculteti* armam. chir. L. B. 1693. obs. 18.

emanabat. Reliqua vero tumoris pars nullis absumi poterat remediis. Interea diu post aperturam factam notatu dignum superveniebat phaenomenon. Singulis videlicet mensibus sanguis menstruus non per ordinarias et consuetas vias, sed per hoc foramen, imo per oculos et nares effluebat. —

Homines struma affecti saepe magnam aetatem sine ullo detrimento attingunt, tumor raro augetur, nullas ceteroquin excitat molestias, in carcinoma fere nunquam mutatur [273]), quamquam multi de exitu strumae in gangraenam verba fecerunt, et nonnullis exemplis hanc opinionem firmiorem reddiderunt. [274]) Interdum quidem strumam suppuratione esse curatam legimus [275]); plura tamen phaenomena ab Assalini collecta et descripta magis in alios tumores, quam in strumam cadunt, et talis exitus tristissimos habuit effectus, saepe ulcus malignum originem duxit et fistulae sunt relictae, omnem curationem oppugnantes, denique etiam Hildanus [276]) observavit, tales aegrotos ingenti suppuratione vita esse privatos. —

Cum in omnibus morbis, praecipue in iis, qui partium quarundam formam et structuram destruunt, maximi momenti sit, partes istas incidere, et quas destructiones illi produxerint morbi, scrutari. Qua propter medici celeberrimi, e. g. *Bonnetus*, *Morgagni*, *Hallerus*, aliique, quos superius enumeravi [277]), summam in dissecandis strumis operam adhibuerunt, et quae iis invenerint memorabilia, litteris tradiderunt.

---

273) *Noël* l. l. p. 101. — *Callisen* Principia opt. chirurgiae hodiernae, Hafn. 1790. II. p. 107. 274) *Aëtius* Tetr. IV. sermo III. cap. VI. p. 743. ex edit. cit. — *Deidier* des tumeurs c. n. p. 231. — *Mangetti* Biblioth. medic. pract. Tom. I. p. 258. 275) *J. B. Verduc* pathologie de chirurgie p. 145. — *Assalini* Versuch über die Krankheiten des lymph. Syst. a. d. Franz. Dresden 1792. p. 58. 276) Observ. et epist. chir. med. Argent. 1771. P. II. p. 379. 277) vid. §. 34 et 35. nost. opusc.

In universum autem partium dissectio nos docuit, alias informes fuisse et rudiorem habuisse structuram, alias vero propius ad organicam formam accessisse; commodissimum itaque videtur illas materias, in strumis contentas et inventas, ita esse rependendas, ut a simplicioribus naturae plasticae productis inciperent et ad ea usque progrederentur, quae individua organica sensim persistentia referant. Observatores autem affirmant, se mox materiam melli aquaeve similem[278]), adiposam[279]), pultaceam[280]) et purulentam[281]), tophaceam[282]), mox tendines, cartilagines[283]), ossa[284]) et multa alia et sane incredibilia in iis reperisse[285]). Ex his repertis causam, olim continentem strumarum, deducendam esse testati sunt, simulque dixerunt, causam nullam aliam esse posse, quam particulas viscidas, tartareas, terrestres, salinoacidas, similesve spissiores[286]), quae ibidem mediante circulatione a massa sanguinea vel sero impuro et gelatinoso deponuntur continuo ac relinquuntur; ita successive substantia glandularum expanditur a materia sic dicta peccante illa copiosiori,

278) *Paul. Aegineta* de re med. lib. VI. cap. XXXV. p. 564. — *Aëtius* Tetr. IV. sermo III. cap. VI. p. 743. — *Celsus* lib. VII. cap. XIII. p. H. A. B. ex edit. cit. 279) *Paul. Aegineta* de re med. lib. VI. eod. cap. et pag. ead. *Aëtius* l. m. c. 280) *Aëtius* l. m. 281) vid. §. 34 et 35. 282) vid. §. 34 et 35. 283) vid. §. 34 et 35. 284) *Celsus* lib. VII. cap. XIII. „interdum etiam, inquit, minutis ossibus pili immisti.“ 285) Complura, quae tutis firmisque adminiculis innixa protulimus, etiam *Pauli a Nicaea* testimonio confirmantur, qui ita scriptum reliquit: „διαφυξαὶ εἴσιν πλεῖσται. αἱ μὲν γὰρ αὐτῶν εἰσὶ ξηραὶ, αἱ δὲ ὑγραὶ, αἱ δὲ πιώδεις, αἱ δὲ σαρκώδεις καὶ αἱ μὲν μετὰ αἰσθήσεως.“ Sic *Celsus* lib. VII. cap. XIII. modo caro hebes etc. 286) *Galenus* 14. method. med. cap. 11. *Paullus a Nicaea* hanc quoque sententiam ad finem capituli illius amplexus est, ubi scripsit haec verba: „πᾶσαι μὲν οὖν ἀπὸ παχώων καὶ γλισχρῶν χυμῶν ἐπεῤῥευσάντων συνίστανται καὶ φύονται.“

usque dum monstrosus ejusmodi tumor evadat, qui si inveteratus tandem adeo pertinax esse solet, ut omne medicorum studium et operam eludat, nec sine vitae periculo radicitus curari queat. Et fere omnes opiniones de causa strumarum ex pathologia humorali ortae eandem habent indolem. — Hoc vero infra nobis ulterius examinandum reservamus. Strumae multis in regionibus endemiae reperiuntur, quibusdam tam crebrae observantur, ut ne unus quidem incolarum a malo liberatus inveniatur. In hisce regionibus praecipue nominandae sunt variae Helvetiae [287]) partes, valles imprimis Alpium altissimae (les vallées subsubalpines, Fod.) montibus saxisque praecipitissimis undique circumdatae. Insignis ibi esse videtur nexus inter strumam et singularem illam corporis habitudinem, quam Crétinage vocant. Valles quoque montium Pyrenaeorum, quaeque Galliam inter ac Italiam sitae, strumosos incolas alunt [288]); sic etiam comitatus Tirolensis. Sed et in aliis adhuc regionibus struma endemia observatur, uti e. g. in variis Italiae [289]), Galliae [290]) atque Hispaniae [291]) regionibus, in Anglicana provincia Der-

---

287) *Iuvenalis* l. c. et *Vitruvius* primi sunt auctores: *Vitruvius* ita scriptum reliquit: „Praesertim apud Aquicolas Italiae, et Medullos Alpinos strumae inveniuntur.“ vid. etiam perill. *de Haller* opusc. pathol. Laus. 1755., qui et Gottingae frequentes esse strumas asserit. — *Scheuchzer* tertiam incolarum Vallesiae partem ingentes in collo tumores gestare narrat, vid. ejusd. Naturgeschichte des Schweizerl. Turin 1752. P. II. p. 323. 288) narrat *Bordeu* in Prix de l'academie de Chir. Tom. III. p. 71. sq. 289) Agri Bergamensis feminas glandulae thyreoideae tumoribus infestari refert *Sauvages* N. M. T. II. P. I. p. 57. Ducatus Mediolanensis ac Augustani incolas huic malo aeque obnoxios esse refert Keyszler in itinerario Hannov. 1751. ed. P. I. p. 291. et 240. Sabaudis quoque solennes esse testatur *Dionis*, vid. *de la Faye* notes ad *Dionis* Cours d'operat. pag. 639. 290) *Girard* l. l. p. 412. 291) *Laurentius* refert: „Singulis annis plus quam quingentos ex Hispania ad Galliae Regem acce-

bishire [292]), in Carinthia [293]), Styria, Carniola [294]), Hungaria [295]), Bohemia [296]), Thuringia [297]), nec non in Westphaliae montosis et in variis Hercyniae regionibus; ex hisce praecipue pagus, Laerbach, praecellit, cujus situs et clima plane descriptioni illi adaequat, quam *Foderé* de vallibus subsubalpinis dedit; sic strumae frequentissime et fere endemice occurrunt in quibusdam Saxoniae provinciis, Freybergae [298]), Dresdae, sic porro Berolini et Petropoli. [299]) Maximae autem strumae in siberica regione Kireng [300]) reperiri dicuntur. Nec in aliis extra Europam regionibus desiderantur [301]). Contra aliis provinciis strumae perrarae sunt. Ita *Cl. Willich* in Insula Rügen in numero 23395. incolarum unam tantummodo foeminam et virginem struma laborantes se invenisse dicit: foemina illa praeterea peregrina fuit. [302])

A struma ipsa verum differunt varii in hac regione

---

dere, sanitatis remedium exposcentes, lib. II. c. XI. p. 208. 292) in comitatu Darbiensi feminas praecipue tumoribus colli strumosis infestari, narrat *Prosser* l. c. p. 39. vid. etiam ill. *Richteri* chir. Bibl. vol. I. P. I. p. 168. *Mead.* mon. med. c. XV. p. 321. seq. 293) *Ed. Brown* a brief account of some travels in divers parts of Europe. London 1685. p. 77. 294) *v. Swieten* Comment. Tom. II. p. 632. 295) inprimis montium incolae prope Schemnitium. vid. *Keyzler* itinerar. Hannov. 1741. P. II. p. 1024. 296) *Leonhard Ludwig Fincke* Versuch einer allgem. medicinisch-praktischen Geographie 3ter Bd. p. 478. Leipzig 1795. 297) *Willich* in Ill. *Baldinger's* neuem Magazin VII. Bd. p. 114. 298) *Iphofen* l. c. p. 31. aliisque adhuc locis. 299) *L. Formey* Bemerkungen über den Kropf und Nachricht über ein dagegen neu entdecktes wirksames Mittel; Berlin 1820. p. 8. 300) *Gmelin's* Reise durch Siberien; 2 Thl. p. 282. — *Girard* l. l. p. 410. 301) e. g. in Jamaica, aliisque Americae provinciis. vid. *Russell* diss. de tabe glandul. Lond. 1750. Hist. 39. p. 133. et obs. et disq. med. lond. Vol. II. p. 232. v. g. 302) Vid. *Baldinger's* neues Magazin VII. Bd. p. 114.

observati tumores, qui vel in tela cellulosa, vel in glandulis conglobatis hic sitis, vel in vasis majoribus sanguiferis proximis, vel in pharynge, vel in aspera arteria et larynge locum habere possunt; pertinent nempe huc:

§. 42.

1) Tumores cystici et quidem, ut plurimum, meliceride, qui hic, uti ubique, sub cute in tela cellulosa generari possunt. — Jam ab antiquissimis temporibus struma cum tumore cystico commixta est, et omnia phaenomena in tumore cystico conspicua et ab auctoribus medicis collecta ad strumam quoque redundant, nec minus eadem medicamina in struma, uti in tumore cystico, laudata et adhibita sunt. Interea nullum adest dubium, quin signa atque phaenomena eaque permulta adsint in tumore cystico, quae etiam in struma depreheuduntur, praecipue quoad locum, quem occupat, quoad materiam in iis refertam, quoad denique signa concomitantia multa habent inter se similia, et si ad magnitudinem spectes, observabis magnos, qui late sese extendant, et inde simul cervicem cum nucha occupent, imo ad mammas usque procedant [303]. Chirurgus tamen exercitatus et circumspectus signa nonnulla detegere potest, quibus una morbi forma ab alia accurate separatur et distinguitur, et haec sunt sequentia:

a) Forma tumoris cystici magis est rotunda et aequalis, strumae autem lata et inaequalis.

b) Tumores cystici cognoscuntur ex situ immediate sub cute, cui adhaerent, ex mobilitate, fluctuatione, et quod circumscripti sint et in ingentem quandoque magnitudinem increscant.

---

303) *Garengeot* chirurg. Tom. II. pag. 401. — *Bernh. Gottl. Schreger's* chir. Versuche, 1ster Bd. p. 310. Nürnberg 1811.

c) Hi frequenter radice quadam gaudent, qua cum aliis partibus alligantur [304]), struma autem fundum agnoscit latum et tota basi adhaeret.

d) Tumores cystici frequentissime in interstitiis musculorum, in tunicis aponeuroticis et folliculis sebaceis generantur.

e) In media tumoris cystici inveterati parte rubor sine dolore et reliquis inflammationis signis persentitur, in struma nunquam.

f) Inflammatio et suppuratio tumores cysticos saepius invadit, strumam raro.

g) Nunquam in glandula thyreoidea tumor cysticus observatur, sedes autem strumae una est glandula thyreoidea.

h) Tumores cystici plerumque ex metastasi [305]), ex suppressione haemorrhagiae habitualis [306]), ex crisi et retropulsis exanthematibus originem ducunt, struma rarissime.

i) Tumores cystici frequenter in scrophulosis, arthriticis et syphiliticis subjectis deprehenduntur, strumae autem magis in hominibus sanis et bene nutritis locum habent, et alias causas agnoscunt, quare *Stoll* ad strumae diagnosin requirit, ut homo sit ceterum sanus. —

§. 43.

2) Tumor glandularum conglobatarum ante superiorem partem asperae arteriae et laryngem circa glandulam thyreoideam jacentium; in morbo nempe scrofuloso glandulae hae insigniter intumescere possunt, atque ita ab Antiquis inepte sic dictam strumam for-

---

304) *Heister* l. c. pag. 446. 305) *Reichel* de tumoribus tunicatis post cephalalgiam exortis, Lips. 1765. 306) *Triller* de tumoribus singularibus a mensium suppressione ortis, Viteb. 1785.

mare, qui vero tumor licet sedem et figuram interdum strumae verae habeat, ab ipsa tamen eo dignoscitur:

a) Quod sit inaequalis ex pluribus diversis et ab initio sejunctis globosis tuberculis conflatus.

b) Quod tumores hi immediate sub cute jaceant, et super glandulam thyreoideam, quae profundius jacet, saltem initio morbi sint mobiles.

c) Quod scrofulae vel lymphaticarum glandularum tumores simul plures in collo appareant.

d) Quod et cetera cacochymiae scrofulosae signa, ut labium superius tumens, alae nasi tumidae etc. in eo observentur, cum contra in vera struma scrofulosi vitii signa plane deficere soleant; nunquam enim struma cum ista sic dicta cachexia conjuncta est, quae scrofulas semper comitatur, struma est morbus localis, nullum alium progignens.

e) Struma saepius cum imbecillitate mentis procedit, scrofulae saepe cum acutie ingenii incedunt.

f) Struma morbus unius glandulae, scrofulae vicissitudo totius systematis lymphatici.

g) In pubertate tolluntur scrofulae, minime autem strumae.

h) Redeunt interdum in senibus scrofulae, minime autem strumae.

i) Scrophulae saepe suppurant, struma raro.

k) Struma fere semper ex causis accidentalibus ortum ducit, quod praecipue in struma sporadica fit, in scrofulis nunquam observatur.

§. 44.

5) Aneurysmata carotidum, rarius quidem, attamen interdum observata orta esse dicuntur a nisu vehementi, tussi, risu et vomitu, et cognoscuntur ex sede in regione carotidis, mollitie, facili compressione, pulsatione ceterisque aneurysmatum signis.

§. 45.

4) Alia, magno quoque momento digna, superest differentia nostri morbi a scirrho. Jam ex longo tempore omnes fere, certe plurimos tumores colli cum scirrho comparati sunt, et fere omnia rerum medicarum compendia naturam strumae in induratione glandulae thyreoideae posuerunt; et quia omnino interdum symptomata quaedam cum scirrho conjuncta sunt, quae etiam in struma adesse solent, tumores colli in benignos et malignos diviserunt. Benignae indolis ex eorum sententia sunt ii, qui penitus dolore carent, et colorem nonnihil rubescentem aut naturali cutis colori perfecte similem obtinent; ad benignos tumores strumam recens ortam retulerunt. Magni tumores omnes scirrhosi et cancrosi erant, qui non modo periculosam prae se ferunt indolem, verum exitiosa quoque symptomata habent conjuncta et ad summum aegros perducunt vitae discrimen; sub maligno veteres strumam inveteratam (Trachelophyma, sarcoma Sagarii) intellexerunt. Sed haec divisio, cum a rebus fortuitis, non perpetuis sit repetita, non laudanda esse videtur.

Translatio notionis scirrhi ad strumam a natura scirrhi, quam veteres sibi formarunt, derivanda est, qua quaelibet glandula indurata nomine scirrhi insigniebatur. *Sprengelius* [307]) tumorem glandulae conglomeratae et *Richterus* [308]) indurationem permagnam in qualibet parte occurrentem scirrhum nuncupat. Cum autem notio scirrhi adhuc incerta sit, et signa et phaenomena valde dubia et infirma deprehendantur, necesse est, ut, quantum fieri possit, signa characteristica nonnulla, eaque graviora proferamus, quibus haecce differentia nititur.

---

307) Handbuch der Pathologie. II. Bd. §. 338. 308) Chirurgie I. Bd. §.426.

a) Scirrhus quam maxime aetatem senilem arripit, raro juvenilem, nunquam autem infantes. Juvenes et infantes frequentissime strumae expositi sunt.

b) Scirrhus, si per aliquod temporis spatium duraverit, in toto organismo signa et phaenomena valetudinis adversae efficit; minime autem struma, quae in robustis non solum et bene nutritis subjectis oritur, verum etiam neque debilitatem neque cachexiam sic dictam excitat.

c) Scirrhus magna, interdum lapidea propemodum duritie gaudet, struma non.

d) Scirrhus saepe inflammationem excipit, struma sponte oritur.

e) Cum scirrho glandulae thyreoideae volumen imminuitur, in struma augetur.

f) In scirrho inveterato nonnunquam dolores persentiuntur pungentes, in struma nulli.

g) Scirrhus nullis medicamentis resolvi et curari potest, et exstirpatione peracta saepe redit, struma autem, certe ab initio, remediis externis et internis tollitur.

Haec sunt gravissima signa, quorum auxilio unus morbus ab altero recte riteque secerni potest, leviora autem et vix notatu digna ita sunt comparata, ut statim in oculos incurrant.

§. 46.

5) Pharyngocele vel saccus, quem pharynx format, propter extensionem a coarctatione in loco quodam oesophagi inferiore scirrhosa vel ab inepta et violenta constrictione fasciae collaris natam [309]), etiam a corpore deglutito et ob volumen in oesophago retento, observata est, dum interim aeger continuo vorando famem sedare tentat, cibus vero deglutitus descendere

309) *Baldinger's* N. Magazin, l. c.

nequit, ubi tunc gula supra locum angustatum, cibo inprimis solidiore repleta, extenditur, quae extensio etiam dein, obstaculo remoto, remanet. Malum hoc cognoscitur, quod tumor adsit, ut plurimum tantum in uno latere inter laryngem et colli vertebras, mollis, qui sub devoratione ciborum insigniter increscit, deinde sub ruminationis specie sensim imminuitur, per externam quoque compressionem disparet, qua interim cibi contenti per vomitus speciem expelluntur.

§. 47.

6) Bronchocele, potius tracheocele dicenda, est asperae arteriae hernia, quando nempe vel interna hujus canalis tunica inter annulos duos cartilagineos aut inter laryngis cartilagines propulsa et pro tempore quasi incarcerata saccum et speciem herniam facit [310]), vel quando ex membrana tracheae disrupta aëris fit infiltratio in glandulam thyreoideam et telam cellulosam adjacentem; tumores hice ab ingenti nisu, qualis sub parturitione vel elevatione aut portatione magni ponderis et sub retentione spiritus violenta fieri solet, item a sternutatione, cachinno, tussi vehementi et vomitu oriri possunt, et cognoscuntur ex eo:

a) Quod tumor ab initio parvus, sensim increscens, sit elasticus, saltem mollis et qui facile comprimi potest, sine fluctuatione.

b) Quod sub exspiratione augeatur et inprimis retento spiritu increscere soleat; sub inspiratione vero decrescat, imo si levis sit, dispareat, et sub hoc incremento aut decremento singularem sonitum reddere soleat [311]), quae quidem symptomata facile ex eo explicantur, quod inter saccum hunc et tracheam sat libera sit communicatio, adeoque et aëris liber motus.

---

310) *Girard* Lupiologie p. 706. 311) *Gohlius* l. c. cap. XXI. §. 3. et 5. et Neues Magazin für Aerzte III. B. 3. St. p. 241.

Interdum vero hoc commercium non ita liberum esse vel deficere videtur, probabiliter propter parvum ex trachea ad saccum ducens ostiolum, ubi tunc tumor non ita sub inspiratione minuitur, neque sine dolore comprimi potest.

c) Quod tempore aestivo respirationem gravet ob aëris purioris et frigidioris defectum; aër enim, qui in sacco mora incaluit, sub sequenti demum inspiratione aëri atmosphaerico mixtus in pulmonem transit; hinc hyeme aegri liberius respirant et hilariores sunt.

d) Quod bronchocele semper cito et ex causis mechanicis originem suam ducat, v. c. ex risu immoderato [312]), rixa, loquela, a conatibus ad coitum vel ad partum, a summis animi motibus, ab elevatione ponderum. Ratione partus helveticae foeminae magis quam viri, et canes femellae, quam mares bronchocele laborant, sic et Sabaudae foeminae. [313]).

Nonnunquam saccus aëre plenus in partu disrumpitur, aër uno vel altero modo vias sibi parat, quibus glandulam thyreoideam intrat. Haec eo distentitur, interstitiis inde ortis, lympha extravasatur, quae magis accumulatur et sensim strumam producit ex tumore, qui antea emphysematosus tantummodo fuit et *Plenkius* dicit: „bronchocele est fere semper aliarum strumarum origo.“ [314]) *Hallerus* inquit: „frequenter

---

312) *Douglas* in phil. transact. n. 305. 313) Conante profecto omnimode foemina ad foetus expulsionem, abdomen coarctatur et respiratio sustinetur; sanguis exinde ad partes superiores defertur, easque magna vi invadit; collum itaque intumescit, venarum tumor et faciei rubor arteriae et venae rupturam minitant. Obstetrices in nonnullis regionibus, quae parturientem foeminam postquam in sella partui dicata posuerint, sudariolis linteis collo ter quaterque circumligatis arctatisque, bronchocelen impediunt; nonnunquam autem apoplexiam et pneumoniam promovent; *Gautieri* l. c. p. 145. 314) Novum systema tumorum. Part. I. p. 203.

tumores aëreos in glandula thyreoidea a rixu parturientium oriri, qui telam cellulosam distendant, manifesto argumento, vias esse ex arteria aspera, per quas aër in glandulam thyreoideam exeat." [315]) *Bordeu* plures vidit gutturosos, ceterum sanos, qui cum struma in suppurationem abiret, materiam purulentam exscreabant et tumor inde diminuebatur. [316]) Observante *l'Alouette* [317]) struma incisione post mortem patientis foeminae aperta, nil nisi flatum emisit, et statim postea collapsa penitus propemodum disparuit. *Foderé* saepius talem infiltrationem aëris observavit, indeque dispositionem ad strumam posse oriri affirmavit. [318]) *Felix Platerus* [319]) primus eorum videtur, qui strumas ex hac causa duceret, et multi ejus opinionem secuti sunt. Constat itaque observationibus *Waltheri, Morgagni*, *l'Alouette* [320]) aliorumque virorum clarissimorum aëris infiltrationem in glandulam thyreoideam fieri posse et huncce morbum bronchocelen esse appellandum. Nominavit hanc *Platerus* herniam colli emphysematicam, *Sagar* Trachelophyma ventosum.

Medicus anglicus *Smith* [321]) bronchocelen pro collectione aquosae materiae habet, nec minus *Hallerus* [322]) et *Morgagni* [323]) hydatides invenerunt, quarum rudimenta vasorum lymphaticorum varices vel cirsi habenda sunt. Commemorat etiam Trachelophyma aquosum *Sagarius* [324]). Ita extensione vesicula nascitur inter duas rami lymphatici valvulas, quae cum reliquo systemate resorbente per canalem angustiorem

---

315) Elem. physiol. Tom. III. p. 398. 316) l. c. pag. 152. 317) Auserlesene von einigen Gelehrten an die Königl. Acad. der Wissensch. zu Paris eingeschickte und von *Beer* herausgegebene Abhdl. 2 Th. pag. 228. 318) l. c. p. 33. 319) Prax. med. Tom. III. Basil. 1625. p. 238. 320) l. l. p. 159. 321) System of physic. Lond. 1768. p. 339. 322) Observ. 8. 323) De sede et caus. morb. Lib. IV. epist. 50. art. 32. 33. 324) l. c.

cohaeret. In hac vesicula primum extensione mere mechanica nata novae vegetationis existit officina. Sed ex signis a nobis prolatis struma satis superque a bronchocele et collectione aquosa dignosci potest.

Alii etiam bronchocelen menstrualem adoptarunt [325]), eamque tumorem glandulae thyreoideae ex vasorum sanguiferorum extensione ortum et in fluxu menstruo incipiente, irregulari, suppresso, aut denique in graviditate occurrentem appellarunt. In hac vero descriptione nulla strumae signa characteristica adsunt, et tota affectio glandulae thyreoideae nihil aliud est, quam congestio sanguinis ex consensu harum partium excitata.

Bronchocele cellularis [326]), sive struma fungosa Callisenii, in glandula thyreoidea non est quaerenda, quae potius ex telae cellulosae induratione in circumferentia glandulae thyreoideae posita est petenda. Hic tumor vel in una tantummodo vel in tota anteriore colli parte conspicuus, mollis est et comprimendus, non fluctuans; in decursu autem firmus, elasticus, non circumscriptus; cutis externa vasis abundat varicosis, adest etiam respiratio anxia, vertigo, susurrus aurium et alia signa, quae habent cum struma similitudinem; quoad vero sedem et naturam dissimilitudinem permagnam.

Ex variis in struma contentis *Sagar*, *Sauvages*, *Plenkius* aliique bronchocelen steatomatosam, sarcoticam, et calcaream appellarunt. Sed haec differentia, cum de uno momento sumta sit, haudquaquam ex omnibus partibus absoluta videtur. Hae igitur species strumis sunt adnumerandae.

---

325) *Schmalz* l. c. 326) *Schmalz*. l. c. c. 48.

# CAPUT II.

## A e t i o l o g i a.

*Neque enim numerandae sunt, sed perpendendae....*
*observationes.*

(Morgagni, Epist. 51. n. 47.)

### A. De morborum glandulae thyreoideae causis.

§. 48.

Expositis hucusque signis morborum glandulae thyreoideae characteristicis, causae, quibus illi producantur, inquirendae sunt. In qua autem indagatione ante omnia illa momenta exponi debent, quae ad morbos glandulae thyreoidae disponere, vel ortus illorum occasionem praebere, observatio docet. *Causae* glandulae thyreoideae morbiferae sunt vel *praedisponentes*, vel *occasionales*.

a) *Causae praedisponentes.*

α) *nulla vitae humanae periodus* a morbis glandulae thyreoideae immunem reddit, sed quamvis aetatem, uti utrumque sexum his morbis obnoxium esse experti scimus; differunt tamen hi morbi ratione aetatis, generis, constitutionis, structurae atque situs glandulae ipsius. In aetate enim infantili, in qua sanguis majore quantitate prius internas, dein externas capitis partes petit, obruitque, glandula thyreoidea magis expanditur, contra autem senium magis obdu-

rationes scirrhosas, ossificationes concrementaque terrea producit.

β) *sexus* et *constitutio*. Constitutio corporis debilis, fibraque laxa morbis glandulae thyreoideae praecipue favere videntur. [327]) Raro hi in hominibus animadvertuntur, quibus fibra est rigida, cutis fusca, sicca, capilli nigri. Fortasse in illis topica adhuc glandulae thyreoideae dispositio adest, atonia [328]) fortasse, quae lymphae haesitationi, partium terrearum depositioni, et obstructionibus occasionem praebet. Haec etiam praecipua esse videtur causa, cur feminae magis quam viri iis sint obnoxiae [329]), quarum fibrae in genere laxiores, et glandula ipsa in statu naturali mollior et major, quam in viris invenitur. [330]) Praeterea feminae adhuc peculiaribus obnoxiae sunt mutationibus, quae morbum per se jam producere possunt: sic struma ex graviditate ortum ducere videtur; *Roncalli* [331]) et *Girard* [332]) causam ex crebrioribus sub graviditate vomituritionibus ducunt; *Foderé* autem eam in impedimento quaerit, quod respirationi ex uteri mole paratur [333]); sic fluxus menstrui vitia saepe morbum

327) *Noël* l. c. p. 101. 328) In dem Anhange zu *White's* Werke über Scropheln und Kröpffe sagt der Übersetzer: „Ich denke mir zur Grundursache der Kröpffe Atonie in der Schilddrüse. Verschiedene andere Schriftsteller haben eben so geurtheilt, und *Paussure*, in Hinsicht auf die allgemeine Schlaffheit in allen Theilen des Cretinen, leitete die Ursache ihrer Kröpffe ebenfalls davon her. So auch *Hausleutner*: „die Ursachen des Kropffes sind dunkel. Eine der ersten ist ohnstreitig die eigene Disposition der Schilddrüse, wahrscheinlich ist sie in einer gewissen Atonie dieser Drüse begründet etc." Ebenfalls *Iphofen* l. c. p. 20—26. §. 31—42. 329) *Prosser* l. l. p. 40. M. P. M. Précis der Chir. pract. p. 568. 330) *Barbett*. chirurg. part. 3. l. 2. c. 3. p. 352. 331) L. c. p. 229. 332) l. l. p. 414. 333) Siehe auch *Hufeland's* und *Osann's* Bibliothek der pract. Heilkunde, 8tes Stück, August, Berlin 1820. p. 116., wo in der Critik über *John Burn's* Grundsätze der Geburtshülfe, in

efficiunt. Plerumque struma in puellis pubertatis tempore oritur, et praecipue, si menses cum difficultate erumpunt. Suppressiones fluxus menstrui saepe eundem habent effectum, tumor tamen plerumque iterum disparet, menstruis in naturalem ordinem redactis[334]; in iis etiam feminis, qui utero nunquam gestarunt, aut in coelibatu vivunt, frequentius occurrunt Ill. *Claro auctore* in quaestionibus de partibus pseudorganicis actione organismi morbosa natis. Lipsiae 1805. Sic denique ab impedita se — et excretione lactis in sexu sequiori saepenumero strumas oriri, observationes docent: v. M. N. C. Dec. II. a. 6. app. obs. V. p. 10. cf. *Fordyce* in Med. Obs. and inq. Vol. I. p. 171. V. G. et *Raulin* in lib. ex gall. serm. vers. Krankheiten der Sechswöchn. p. 288.

γ) *Structura.* Debilis glandulae thyreoideae tela cellulosa, qua circumdata est, tumores cysticos procreare, receptaculumque corporum alienorum esse videtur; non minus multa magnaque vasa sanguifera facile inflammationem, anevrismata excitare valent. Succus huic inhaerens facili modo inspissatur, sicque concrementorum alienorum occasionem praebere potest. Caeterum glandula thyreoidea per situm et connexum cum larynge, arteria aspera, vasis nervisque in consensum trahitur, morboseque afficitur.

b) *Causae occasionales.* Recensita hactenus momenta tantummodo valent, ut glandula thyreoidea ad morbos praedisponi possit. Nihilo tamen secius salvo glandulae vasorumque statu in sua functione non detinentur, nisi aliae potentiae nocivae occasione illata vim

---

d. Engl. übers. von Dr. *E. H. C. Kölpin*, Stettin 1820. erwähnt wird, daſs diese Geschwulst nach Entbindungen in England häufiger einzutreten pflegt, als bey uns. 334) *Prosser* l. l. p. 41. *Chopart* et *Desault* l. c. p. 249. — *Petit* l. m. p. 208. seqq. — *Noël* l. c. p. 102. *Consbruch* l. l. p. 85.

suam exerceant. In quarum autem numero praecipue ponendae sunt:

α) *Atmosphaera.* Atmosphaerae istarum regionum, quae morborum glandulae thyreoideae ortui favent, character proprius humiditas est, quacum magnus conjunctus est calor a solarium radiorum repercussu ex saxis valles circumdantibus prolatus. Talis autem atmosphaera corpora, imprimisque eorum superficiem et partes externis potentiis praecipue expositas, quibus glandula thyreoidea etiam adnumeranda est, debilitare dicitur. Equidem stagnans, crassus, et nebulosus aër, qualis in quibusdam regionibus, aeque ac in vallibus, altis montibus circumseptis, deprehenditur, non solidorum modo justum elaterem infringit, sed transpirabili etiam materia absorbenda ineptus est; unde vi torpente vitali, retentisque particulis excrementitiis fieri non potest, quin sanguis et omnes ex eo deducti humores depraventur, atque varii generis obstructiones producantur. Aër quoque frigidus, qualis in montibus noctu existit, itemque exhalationibus acidis refertus [335]) strumarum generationi favere creditur. Singularis est observatio, quam *D. Bordeu* profert, quaeque aëris respectu strumarum potentiam luculenter demonstrare videtur, quamvis ejus causam eruere difficile sit. Animadvertit nempe is, in quibusdam vallibus medio flumine divisis unius lateris incolas boreae expositos strumis infestari, cum e contrario alterius lateris incolae, utpote meridiem versus et orien-

---

335) in altis majorem quam in humilioribus locis acidi copiam aërem continere, auctor est *Bordeu*, quod ex viridiore florum, quae in montibus crescunt, colore, atque ex crusta salina rupes contegente colligit; idque eo magis humano corpori nocere credit, quoniam exhalationibus animalium haud involutum atque mitigatum sit, vid. Prix de l'acad. de Chir. l. c. p. 56.

tem siti, ab hoc malo immunes sint; quamquam utrique eodem victu ac vitae genere utantur. [336])

β) Diaeta prava, abusus alimentorum, quibus humoris tenacitas producitur. [337]) Quid enim cibi et potus sive quantitate sive qualitate peccantes conferant, passim testantur auctores. Voracitas ac bibacitas digestionem omnino difficilem efficiunt, unde non pauca cruditatum quantitas colligitur, quae chylo admiscetur, si tandem resoluta quodammodo fuerit, atque ita cacochymiam pituitosam procreant. Hanc ob causam sues hoc malo frequenter corripi dicuntur. Imo *Galenus* lib. de morb. differentiis ob hanc ipsam causam in quodam strumam observavit, et crescenti aetati ob nimiam saepe voracitatem strumas exoriri omnes autores testantur. Quaecunque chylum crassum et viscidum reddunt, ut lacticinia ac mucilaginosa, apta nata sunt, ut huc trahantur. Huc spectant, quae de potu copiosiori et intempestivo a coena *Rasaeus* 7. ad Almansorem c. 8. advertit, quo peponum quandoque magnitudine strumas et bronchoceles excrescere ajebat. vid. *Georg. Hieron. Velchium* in dissert. de aegagropolis. Sic *Bünsgensium* diaeta merito depravata dicenda strumis sane haud exiguum dat incrementum, imo ortum ipsum; namque cibis vescuntur dispeptis potissimum v. g. caseosis, farinaceis, pinguibus et quae alia hujus generis appetunt alimenta. Parant nimirum ex farina cum axungia vel butyro igne liquefacto pultem ipsis Sterz nominatam, vel globulos ex farina et affusa aqua formant, eosque axungiae calefactae immergunt, quos dein Nudeln appellant, haec et similia fercula ipsis exoptatissima quotidie fere assumunt cum hilaritate quadam non vulgari, unde apud eos tritum est:

---

336) ibid. p. 72. 337) *Deidier* des tumeurs c. n. p. 230. *Noël* l. l. p. 101. *Burmann's* Wundarzney. I. Th. cap. 42. Lange in *Richter's* Chirurg. Bibl. VIII. Bd. 3. St.

„Nudeln und Sterz, freu dich mein Herz." Imo famulantes servitium vix ac ne vix quidem subeunt, nisi per septimanam cibos hos aliquoties accipiant. Omnibus vero in universum commune esse solet, ut qualibet die saturni placentas in sartagine frixas, dictas Pfannkuchen comedant, et hoc quidem ex superstitione illis admodum familiari; hinc strumas augeri vel etiam produci eo luculentius constat, cum farina praesertim secundaria seu crudior et furfuracea lympham copiosam eamque viscidam generet, et ita materiam det non ineptam, quae his concrescentiis optime praestat. —

γ) *Refrigeria colli*, potus aquae frigidae [338]) et denudatio colli hyemali tempore; quam immediatam lymphae in glandula thyreoidea coagulationis causam esse quidam volunt. [339])

δ) *Nisus vehementes colli* laryngis praecipue tracheae et pulmonum, gestatio ponderum in capite et transportatio eorum per montes [340]), risus ingens [341]), clamores praecipue sub partus laboribus et resupinationes colli. [342])

---

338) *P. Forest* Obs. chir. de tumor. pr. natur. p. 102. — *Freind* history of physick Lond. 1726. Tom. II. p. 146. Sic sexus femineus, qui magis communiter his tumoribus est expositus, has partes inter labores domesticos ipsosque sudores prae aliis partibus glandulosis inconsiderate consuevit denudare: inde transpiratio libera et lymphae circulus facile impediuntur. 339) *Fr. Hoffmann* de morbis certis regionibus et populis propriis: vid. Op. omn. Tom. VI. p. 202. *Boneti* sepulchret. an. p. 262. — *Astruc* l. l. p. 187. *Hufeland's* neueste Annalen der französ. Arzneik. und Wundarzn. I. Bd. Leipz. 1791. p. 340. 340) *Theden's* neue Bemerk. Tom. II. p. 108. 341) *Riedlini* lineae medicae Ann. II. Aug. Vind. 1696. p. 356. 342) Quemadmodum enim hic praeter vitae discrimen alia etiam incommoda affert, et saepe ex magno conatu peritonaeum rumpitur, ac hernia fit, aut rumpitur vena pectoris, unde phthisis, de quibus consulatur *Rod. a Castro* de morb. mulier. lib. 4. p. 459.

ε) *Vestes* collum glandulamque thyreoideam *nimis prementes* a multis auctoribus morborum hujus organi causis adnumerantur. His adjungi debent plagae, percussiones ac compressiones fortiores.

ζ) Non minus *quies corporis nimia* et vita sedentaria atque otium humores corporis torpidos reddunt, atque efficiunt, ut motus sanguinis intrinsecus et progressivus inhibeatur, et transpiratio libera sufflaminetur. Inde vero partes inutiles in corpore cumulantur, et lympha quoque impura evadit, qua ad motum minus idonea, promtius in vasis capillaribus subsistit, atque sic etiam sensu physico valet illud: „Otia dant vitia." Excreta quoque et retenta, si consuetum morem non servant, et potissimum in sexu potiori haemorrhoides, si in adsuetis sunt obstructae, satis multum contribuunt ad strumam procreandam. —

η) Inter causas porro occasionales nulla magis frequens existit, quam *plethora*. In junioribus enim subjectis, dum crescunt, abundantia humorum nunquam non invenitur, quae si naturae gravis fit, non raro in glandula thyreoidea deponit id, quod moleste superfluum, quo decubitu struma postea exsurgit. Et quoniam natura, si semel atque iterum locum aliquem

---

ita a nimia, necessaria tamen spiritus cohibitione, colli in magno conatu inflatione, distensione, et nisi obstetrix vel adstantes id impediant, capitis versus tergora vehementi reclinatione, facile strumis fores et fenestrae aperiuntur, inprimis cum ob circulationem brevem, quae per pulmones fit, tunc temporis non recte procedentem, humores ad stagnationem invitentur. *Verduc* pathol. de Chirurgie p. 307. Praecipue huc quoque referenda videtur nociva illa consuetudo matrum et nutricum, infantes ita portandi, ut caput resupinetur, anterioresque colli partes admodum extendantur. — *M. Bronzet*, essai sur l'éducation médecinale des enfans. Paris. 1754. Tom. II. p. 272.; *Winckler* in *Hufeland*'s Journal der pr. Arzn. VIII. Bd. 5tes Stück p. 184.

elegerit, quo redundantiam deponit, facile conamen suum repetit, jam cognoscere poterimus, qui fiat, quosdam ex junioribus longe crebrius et diutius hoc affectu colluctari, quam alii. Praeterea quia glandula thyreoidea tonum legitimum hac stagnatione, accumulatione humorum magis, magisque amittit, aptior inde redditur levi etiam abundantia in corpore nascente ad liquaminis supervacanei receptionem. —

ϑ) Nec *animi pathemata* omni culpa carent: Sic v. c. ira intumescentiam glandulae thyreoideae efficere potest. *Brodleett* [343]) incolas anglicanae provinciae Derbishire, simulac nimio cursu fatigati, aut ira inflammati erant, intumescentia glandulae thyreoideae dolorifica laborare animadvertit. — —

ι) Tali modo morbi tam *universales* e. g. scrophulae [344]), lues venerea, metastasis forsan ex arthritide [345]) pellagra orta, quam *topici* partium vicinarum in glandulam thyreoideam pessime influunt.

---

343) in diss. de bronchocele. Edinburg 1794. 8. 344) *J. C. Arantius* de tumoribus praeter naturam Cap. 37. vitium scrofulosum in struma latere putabat; quae quidem opinio a recentiorum multis adhuc defensa est; vid. *Heisteri* instit. chirurgicas, Amst. 1793. p. 724. — *Bordeu* diss. sur les écrouelles: v. Prix de l'acad. de chirurg. T. III. p. 71. — *Charmetton* essai sur les écrouelles. Ibid. p. 204. — *Hamilton* Beob. über die Scrophelkr. a. d. Engl. Leipzig 1793. p. 108. — *Theden* l. c. p. 151. — *Kortum* l. l. p. 41. 345) *Stoll* rat. med. P. V. p. 437. *J. N. A. Leuthner* in Beob. über hitzige Gall- und Faulfieber. Nürnberg 1776. p. 339. strumam metastaticam ex febre bilioso-putrida vidisse se refert; sic etiam *Volpi* in *Léveille* Nouvelle Doctrine chirurgicale, T. IV. p. 128. et in *Samuel Cooper's* neuestem Handbuch der Chirurgie etc. nach der dritten englischen Original-Ausgabe übersetzt, durchgesehen und mit einer Vorrede versehen von Dr. *L. F. v. Froriep*, 1ste Lieferung, Weimar 1819. p. 302—303.

## B. De strumae causis.

§. 49.

Quod ad causas strumae attinet, fateri debemus, magnam hic adhuc esse obscuritatem, in qua dispellenda eo usque laborabitur, donec Anatomicorum et Physiologorum studia de glandulae thyreoideae usu et functione majus incenderint lumen. —

*Causam proximam morbi, congestionem et coagulationem humorum lymphaticorum in glandula thyreoidea paulatinam, et inde ortam perversam hujus partis organisationem esse constat.* [346]) Jam vero tritum et notum est proverbium: „causa morbifica inventa curationem esse inventam." Hanc in definitione diximus esse lymphae stagnationem et coagulationem paulatinam; haec enim causa immediata est et continens, qua posita ponitur noster morbus, qua sublata idem removetur. Stagnationem dum dicimus,

---

346) *Girard* l. c. p. 407. — *v. Gesscher.* l. c. p. 220. — *Gautieri* l. l. p. 30. suam ipse protulit de causa strumae proxima sententiam hisce verbis: „Alia tamen adest, et potior causa, qua humor, licet sincerus fuerit secretus, tamen immutari potuerit; mora nimirum et praesertim in sacco praeternaturali, et non sinceri humoris. Mora profecto sic mutantur humores secreti, ut aliam induant naturam, aut proprietatibus longe aliis instruantur, quas vix secreti offerebant. Hinc mora crassescunt, spissescunt, indurescunt, lapidescunt absorpto a lymphaticis vasis tenuiore liquido. Nonnulli separantur ab aliis, alii aliis combinantur." etc. — *August Gottlieb Richter's* Anfangsgründe der Wundarzneikunst, 4ter Bd. p. 293—294. §. 410. — *Iphofen* l. c. p. 18—20. §. 26—30.

praesupponimus lymphae circulationem: ex hocce naturali statu sunt aestimanda, quae praeternaturaliter eveniunt. Nempe secreti et imbibiti a glandula thyreoidea humores lymphatici, si neque per transpirationem educuntur, neque, ut par est, in viam reducuntur, necesse est, ut facillime coagulentur, et tandem in strumam accrescant. Notanter diximus in definitione fieri paulatim. Non enim una nocte fieri huncce tumorem observatum est, sed longiori mora est opus, non confertim et cum impetu, sed sensim et sensim in parte affecta fit collectio. Causas vero *remotas* enodare, pluribus subjunctum est difficultatibus. Auctorum de hac re opiniones valde differunt, et saepe plane sibi contradicunt. Praecipuas afferam theorias, quibus medici strumarum originem derivare studuerunt, judicio lectoris relicturus, quam verisimillimam putet.

Ante omnia autem hic distingui debet struma *endemia* et *sporadica*. Causa proxima, symptomata, caeteraque omnia in utraque eadem esse possunt; causae vero occasionales valde differre videntur. — Primo itaque de struma *endemia*. Antequam autem ad causas ejus transeamus, necesse est, ut de *dispositione* praecipue *hereditaria* pauca proferamus. Animadvertitur nonnunquam hereditaria ad strumam dispositio, quae tamen diversimode sese ostendit: saepe enim infantes cum morbo ipso nascuntur. Quod multi observarunt [347]), et *Foderé* pluries ipse

---

347) *Laurentius* de mira strumarum curatione, Par. 1609. lib. II. c. II. p. 212. — G. *Falloppii* tract. de tumor. praeter natur. in op. omn. Frft. 1584. fol. Part. II. p. 288. — *P. Pigraei* epitome praeceptorum medic. chir. Paris 1612. p. 221. — *Roncalli* l. l. p. 352. Sic denique *Gohlius* in Act. med. Berol. Dec. II. Vol. VI. p. 70. exemplum commemorat bronchoceles congenitae. Tumor erat permagnus, qui in puero neogenito ab aure et gena lateris dextri ad thoracis cum abdomine confinia propendebat. Eum cum arteria aspera communicare, et ad ra-

vidit. Praecipue hoc fieri dicitur, si per aliquot generationes strumosi semper strumosas in matrimonium ducunt [348]); *Iphofen* [349]) tamen, *Wiesner*, *de Vest*, *Kogl*, *Gautieri*, *Marquet* atque *Odet* hoc negant, et *Scharp* [350]) dicit, se observasse, morbum nunquam ante secundum aetatis annum oriri. Nihilominus opinioni priori adsentiendum credo: cum enim fetus a matre nutrimentum suum accipiat, partium quoque ejus, tam solidarum quam fluidarum indolem ac constitutionem, eam matris relaturas, nemini obscurum esse potest. Quidni ergo dispositio ista, strumae generationi quae favet, ex matre in fetum transplantetur? Cognitum quoque hoc ipsum iis observatur, qui in regionibus istis, ubi strumae endemiae sunt, immunes ab hoc malo vivunt, adeo ut in contrahendis matrimoniis ad parentes quoque respiciant, an huic vitio sint obnoxii. [351]) Saepius autem infantibus dispositio [352])

---

riorem bronchoceles et strumae speciem pertinere, ambitus ejus in inspiratione, et dum puer clamaret, auctus, in exspiratione, et dum non clamaret, imminutus et considens, indicabat. Methodus, qua *Gohlius* in sanando hoc vitio usus est, non describitur; arbitror tamen, in principio fomentationes spirituosas et adstringentes in simili casu utiles fore, quibus laxitas partium aboleri et status naturalis restitui poterit. Neque exitum morbi Noster enarrat; suaserim tamen, si tumor nimium increscat, illum variis locis incidere, ut contentum emittatur. Aliud exemplum bronchoceles congenitae, strumis adhuc magis analogae, idem *Gohlius* l. l. habet, ex glandulis scilicet colli obstructis et tumefactis ortae. Optimum esse videtur, ut similes tumores ad adultiorem usque aetatem gerantur, ubi vel resolventia iis adhiberi, vel si ea non sufficiant, exstirpatione tolli possunt. — *Mead* mon. med. c. XV. p. 321. *Charmetton* Prix de l'académie de Chir. T. III. p. 176. 348) *Foderé* l. l. p. 27. 349) *Iphofen* l. m. p. 4—10. §. 7—14. 350) Vid. *Th. Percival's* essays médical philosoph: and experimental. Waringt. 1788. Vol. I. p. 176. 351) *de Heucher* oper. Tom. I. p. 280. ed. *Haenel*. Lipsiae 1745. 352) Aetas, juxta *Hippocrat.* aphor. 26. l. 3. et in Coac. praenot. 512. p. 882. ex edit.

ad strumam tantummodo innata est. Morbus tunc intra septimum et decimum aetatis annum plerumque oriri solet; sed dispositio propria jam antea luculenter animadvertitur. Propriis *Foderéji* verbis utar ad designandos dispositionis characteres. „En effet, inquit, avant l'epoque fixée ces enfans sont très beaux. Leur peau est ordinairement fine et délicate; l'incarnat des leurs joues est mêlé de roses et de lis; leurs yeux sont ordinairement grands, bleus, et vifs; leur chéveleure est blonde, ils joignent à une grande vivacité beaucoup de souvenance, marchent et parlent d'assez bonne heure. Ces préludes heureux sont ordinairement les avantcoureurs d'une triste fin. Le goître vient à l'epoque fixée, et à mésure que la tumeur se développe sur le col, les yeux déviennent ternes, le teint de lis et de roses s'évanouit pour faire place à

---

*Chart.*, puerilis magis proclivis est ad huncce tumorem ab ἀδδηφαγίας; quae sententia quoque *Galeni* est. Ab anno vero aetatis quadragesimo secundo usque ad sexagesimum tertium strumas fieri negant, quod verum esse *Sennertus* docet, quando ab interno humorum vitio fiunt; causam vero externam v. g. aquarum vitiosarum potum nullam aetatem excipere, sed ad strumam disponere ait; sic viatores et advenae, qui integerrima valetudine utuntur, si per aliquot annorum spatium eas ipsas regiones, ubi struma occurrit endemice, incolunt, eodem tumorum genere inficiuntur, e. g. si aquas fluvii Putzcow in Styria vel regiuncula Styriae bibunt; id in bello septenni tota cohors militum experta est, quae postquam in Styria aliquamdiu castra locaverat, emissa, struma laborare visa est. Sed ut redeat oratio unde aberravit: et revera inter causas remotiores haud immerito aetas puerilis refertur, quippe quae longe aptior est ad gignendam strumam quam juvenilis vel adulta. Sive id deducas ex constitutione puerorum molliori, sive ex addephagia, cui indulgent juniores, sive ex lymphae gelatinositate, qua in illa aetate abundant, sive aliunde id derives, effectus admodum frequens de causa juventuti familiari nos dubitare haud sinit.

un blanc mat, qui accompagne l'empatement, et cet état va toujours en augmentant suivant la progression de la tumeur." [353]) Cel. *Watkin* etiam hanc dispositionem observavit; signa autem, quae ei tribuit, non plane cum illis *Fodéreji* consentiunt. „These Goitres, inquit, are preceded (as I had frequently opportunities of perceiving in the children) by a yellow and sickly countenance, deformed features and a languor or a heaviness in their eyes. They bring on for the most part, a total privation of the intellectual faculties, which we considered as a happy circumstance for these poor creatures, from its rendering them insensible of their situation cet." [354]) Sufficiant haec de dispositione ad strumam. — Ad causas transibo *generales*, et primum aliquorum tantum antiquioris temporis scriptorum sententias huc facientes recensebo.

> *Veteres enim, ut Huxhamius est auctor, profecto non viri erant solum magni ingenii, sed quoque maximae diligentiae et indefessae applicationis, qui oculos rebus, de quibus agere volebant, constanter affigebant, et nobis veram imaginem nudamque rerum exhibebant veritatem; quae omni adfectato ornatu atque excogitato vestitu luxuriantis nostrae aetatis ingenii est pulchrior: quanto descriptio est accuratior, tanto excellentior; quid juvat simulacrum, nisi cum archetypo conveniat? — Quemadmodum naturam ipsam, quo attentius contemplamur, eo magis admiramur, sic is, qui ipsius faciei imaginem nobis exhibet verissimam, artifex semper aestimabitur maximus.*

---

353) *Foderé* l. l. p. 29. — Sic *Lommius* in observationibus suis adnotat, facilius struma corripi illos, qui breve collum habent, et pressa tempora, et largas maxillas. 354) Univers. Maga. Febr. 1793. p. 86.

Putet quis primo intuitu, *Veteres* nobiscum dissentire, si quidem uno quasi ore omnes fatentur, *pituitam* esse in caussa. Hoc *Hippocrates* voluit lib. de gland. l. c. dicens: „si pituitosa et multa et lenta fuerit fluxio, strumas, pessimum colli morbum, generat." Et lib. de affect: „strumae ex pituita fiunt." *Galen.* comment. ad aphorism. 26. sect. 3. idem sentit: „struma est non ex calida materia, neque ad suppurationem properante, sed pituitosiori et frigidiori praecipue consistens." Sic *Durantes Scacchus* [355]), et cum eo plures strumas vocant *excrescentias phlegmaticas.* Quidam ex *humore crasso et lento* strumas oriri asserunt, cui interdum *melancholicus* sit admixtus. *Avicenna* ex *humore melancholico* strumas oriri ait. Ast in verbis erimus faciles, quia in re ipsa convenimus. Quod enim *Veteres* pituitam vocarunt, id nos lympham coagulatam diximus, quoniam pituita nihil in rei veritate aliud, quam seri sive lymphae coagulum est. Galenici strumam dicunt pronasci a *collectione* vel humorum, vel flatuum inter cutem colli et asperam arteriam, abs qua cutis distenditur et succi alimentares crassiores ibidem coacervantur; eandem quoque cutis distensionem et flatuum impulsionem a magno excitari affirmant conatu, in enixu partus, egestione faecum, aut sustollendo onere, aliisque laboribus gravioribus. — *Paracelsus* bocii originem *spiritui minerali* assignat, quatenus hic, qui in tartari genera permiscendus erat, propter naturae suae conditionem elevatur et adscendit, unde si collum obsederit et occupaverit, nodos gutturis gignat, quippe tartarum faciendi minime potens, quoniam sine corpore existat, bocium tamen materiam cruspuleam contineat, qua singulariter oblectetur, et in venosis partibus nodos magnos aut parvos suscitet,

355) Subsidium medicinae l. 4. c. 14. p. c. 351.

ut ita tartara mineralium alimentum tantum aut nutrimentum strumarum fiant, ac illarum generatio, seu mater, eaque cognationem et affinitatem quandam habere pronunciat cum tartaro vini in vesica, adeo ut simili modo liquores tartari collum obsideant, eoque loco vasa sua et virtutem habeant crescentem. Praeterea lib. Philos. de generat. stultor. commemorat, quamvis strumae stultis non sint propriae, sed ipsis cum aliis communes; in stultis tamen cum aliis deformitatibus esse frequentissimas, idque hanc ob causam, quod non tantum sculptura mala ipsa ratio corrumpatur, verum et ipsum corpus, quod indecoris formis appensis turpetur. Oriri vero ex metallicis et mineralibus aquis, quae strumas ex nativa proprietate gignant, ubi multae etiam constellationes coincidant, et potissimum ubi hujusmodi regiones reperiantur. Nasci quoque easdem ex mineralibus vult modo plane eodem, quo alia, quae oriuntur ex iisdem, sicut intempestiva marchasita, vel mineralia cruda, et hinc fieri putat, ut strumosi magis ad maniam, quam ad intellectus temperantiam proni sint, propter minerae nempe cruditatem in struma sitam, quae collum occupat, in quo mineralium est principium; quodvis autem minerale crudum prope radicem crudam generare excrescentiam illi similem, quod inde fieri debuisset, quoniam crudum quodque mater sit et origo nodosorum. Ortum denique adsignat bocio ex menstruis et haemorrhoidibus, eodem loco, in quo ambae hujusmodi fluxiones uniuntur, illudque in alio fluxu proprium sibimet facere emunctorium, liquorem enim seu fluxum, si constipatus fuerit, ut ad locum pervenire nequeat, nec id ipsum exequi valeat, quod sui fuerit officii, retrogradi asserit, donec transeat in carnis generationem. — Helmontius bocium defectum dicit esse transmutatoris Archaei, non vero coagulationem Tartari, sed ex bono fieri cruore, cui strangulans potestas vitae mediae sit

relicta, Archaeum enim omnem sibi substratam transmutare massam, nisi a vita media potentiore victus cesserit. Contradicit proinde manifesto Paracelso, dum easdem ex cachymiis mineralibus et aquis potis mineralibus pronasci credit, poscitque ab eo, ut per ignem cachymias istas in aquis ostendat, quibus proprium sit, in ultima duntaxat nostri digestione, nec alibi quam circa jugulum coagulari, quod eum nunquam praestiturum esse novit. Interim fatetur quidem aquae inesse vitam mediam, cui sit proprium Archaeum excitare, et inficere in commutatione boni alimenti, non autem tartari peregrini illi inexistentis materialiter in duritiem petrosam, sed ad strumas requiri contendit materiam, quae proprietate sui Archaei nata sit praecludere fauces, ac quasi praefocare, idque citra adstrictionis aut terrestris acerbitatis, transmutataque in alimentum, retinensque pristinas vires vitae mediae perfungatur sua potestate, circa guttur magis quam alibi, et hanc potestatem jure sibi hereditario in alimentis, et hinc in cruore relictam convertere proximum solidorum alimentum in excrementum petrosum, quod directoris facultate strangulante ad guttur concedat. Hoc trutinantem Seduni se reperisse dicit fungos praefato praevocandi veneno pollere, illosque frequentes e radice laricis, abietis et pinorum, in rupibus ad septentrionem declivibus succrescere, ubi niger agaricus ejusdem criminis haeres in trunco frequens, unde didicerit, totum terrae Leffas fungosa indole ibidem contaminari, credideritque strumas nasci usu herbarum et aquarum, quae hujusmodi Leffas imbiberunt. — *Willisius* strumam oriri vult ab *humore nerveo* in transitu suo impedito, et in parte quadam colli stagnante, dum spiritu depresso aut avolante, particulae salinae a volatilitate in acorem degeneres, consortia aliena mox meant, atque corpuscula sulphurea sibi arripientes, in tumores strumosos coagulentur. — *Syl-*

*vius* strumarum naturam ex *lympha* deducit *peccante*, et causam esse affirmat *rupturam* et *distensionem* cutis et subjacentium membranarum a reliquis partibus et humorum, flatuum, seu aëris sub ea collectione, quod frequentius a violentiori contingat conatu. — *Cartesiani* differentiam strumarum a scrophulis saltem in majori copia particularum *terrestrium* particulis *ramosis* et *angularibus* intermistarum consistere credunt, quae minus ab angularibus coagulari queunt, hinc massa non ita inspissatur, et cum particulae quaedam porosae iisdem intermistae aliquando existant, potius dilatatur et fibrae glandularum colli majorum et membranarum adjacentium magis tenduntur, unde et tumor incrementum capit, maxime dum lympha massam contentam satis humectat, ad quae insuper si chylosus aliquando accedat liquor per arteriolas, hic ipsemet tandem corrumpatur, materia putrida et foetida ob dissoluta salia inde facile emergit. Quod autem in quibusdam regionibus strumae copiosiores conspiciantur, quam in aliis, id ab iisdem particulis rigidioribus, angularibus, terrestribus, et ramosis copiosioribus, quam porosis et alcalinis, per diaetam succis corporis internis communicatis, contingere rentur, quae per angustos ductuum glandularum vascularium meatus tam facile nequeant transfluere, sed angulis suis hic illic tubulis adhaerentis, eosdem obstruendo tandem claudunt, et circa obdurationem istam, variarum particularum pariunt collectionem, coagulationem, aut aliam quandam misturam inconcinnam et minus convenientem. Strumam denique oriri putant, dum vi quadam impetuosa, et retentione spiritus membrana asperam arteriam aut musculos colli investiens nimium extenditur, et a reliquis partibus divellitur; spiritus enim animales a priori via repelluntur, et magna vi regredi coguntur, hinc spatium sufficiens non reperientes in tubulis consuetis,

impetu vehementi membranam divellunt, quo interdum simul vascula quaedam et nervuli dirumpuntur, ut succi eorum in cavitatem seu sacculum hunc effundantur, et successive non modo majori copia colligantur, sed accedentibus particulis diversimode figuratis singularem quandam constituant massam, modo spissiorem, modo flatulentam, a qua cutis simul distenditur, et pars ea colli redditur tumida. — *Dolaei* sententia: „si glandulae colli majores a materia tantum *viscosa* et *tenaci* cum particulis *terrestribus* commixta impleantur, oriuntur tumores nostri strumae dictae, si praedominentur acidae acres particulae, degenerant in cancros, at si terrestres imperium habeant, degenerant in scirrhos. Qui succis abundant viscidis et acidis, proniores sunt in affectum hunc, quod pueris contingit scorbuticis sanguinem lutosum habentibus, et catarrhosis; praeterea aër nimis frigidus et humidus, hoc est, qui abundat acido nitroso, et victus humidus acidus, chylum acidum subministrans ad coagulationem et stagnationem pronum, strumis producendis facile inserviunt; maxime vero hic culpatur aqua praeter mercurium particulas austeras in se continens, quales sunt in Carynthia, Styria, et circa Alpes; quo pertinet luxus, vitae intemperantia, et ingluvies, ob quam caussam et in senibus producuntur. Symbolum suum quoque conferunt somnus longus, otium nimium, vita sedentaria et desidiosa, aut melancholica, et similia, quae succos in copia generant acidos et viscidos facile stagnantes. Haud raro etiam spiritus copiosiores membranam communiorem colli tendunt et divellunt, ut sacculus quidam formetur, in quo liquores ex disruptis venis, aut aliis quibusdam stillantes colliguntur, quae pro diversa sui mixtura aliam atque aliam quandoque componunt massam, sicque nonnunquam materia quaedam, sive sit succus nerveus, sive lympha pallida, foetida et indu-

rata quasi, aut in grumos concreta, propriae cystidi inclusa in parte carnosa prope guttur fuit observata, quae in tanta copia aperta struma emanavit, ut adstantes medici non potuerint satis admirari, qualem videre licet in Zodiac. Med. Gall. Ann. 2. Obs. 9. et 11. p. m. 47. — *Platerus* causam in *semine* et *facultate formatrice* in *utero* quaerit, ac strumas, ubi sunt alicui loco familiares, a parentibus in liberos propagari statuit, annotante *Bonneto* etc. [356]) In hanc quoque arenam prodiit *Boerhaavii* de obstructione opinio, cujus rationem praecipue in *constructione arteriarum* noscit, porro *in convergentia parietum arteriarum*, *in conglomerato sanguine intra ipsius caveam*, *et in mutata sphaerica figura elementis ipsius concessa*. — *D. Haenii* sententia in *dilatatione vasorum* glandulae thyreoideae *lymphaticorum* est posita, quam omnium tumorum constantissimam esse affirmat. Causam vero strumae neque in dilatatione neque in obstructione vasorum lymphaticorum et sanguiferorum quaerendam esse optime argumentis iisque firmissimis *Gautieri* [357]) et *Soemmeringius* [358]) refutarunt. Sic etiam *Malacarne in obstructione glandularum* causam statuit, *Ackermannus* ei opposuit, causam pro effectu et vice versa effectum pro causa recepisse. Nonnulli medici obstructioni faventes causam scrophularum inde derivarunt, strumasque etiam ad hoc genus morborum retulerunt. [359]) *He-*

---

356) An, quemadmodum *Hierocles*, de quo legi potest *Mercurialis* lib. I. de morb. puerorum cap. 5. p. 105. tradidit, jumenta castrata non tententur strumis, idque etiam in hominibus observatum fuerit contigisse, ut, qui carent testibus, strumis etiam non tententur, experientiae ulteriori committimus. 357) l. cit. p. 24 — 30. 358) ad *Baillie* Anatomie des menschlichen Körpers cap. 87. Not. 233. 359) vid. l. l. in §. 46. no. 336.

*ckerus* [360]) et *Bierchen* [361]), qui putant morbum *scrophulosum* et *syphiliticum* unum eundemque esse, strumam *ex hoc duplici fonte* promanare evincere conantur. *Musitanus* [362]) autem jam de hac strumarum causa dubitavit, et alii clarissimi medici eam plane rejiciunt. [363]) Scrophulae et strumae nullo modo invicem sunt confundendae, quin imo tales prostant inter strumam et scrophulas differentiae, ut ne dubium quidem remaneat circa diversam horum morborum naturam. [364]) Vitium tamen scrophulosum etiam glandulae thyreoideae intumescentiam producere posse negandum non est; sed rara tantummodo hujus rei extant exempla. [365]) —

Alii strumae originem *ex victu crudo*, et inprimis *castaneorum* abusu derivant; vid. *Mangeti* Biblioth. med. pract. Tom. I. p. 258. *Roncalli* l. c. p. 353. *Matth. Godofr. Purmann* grosser und ganz neu gewundener Lorbeerkranz der Wundarzneik. Franck. u. Leipzig 1722. Th. I. cap. 42. *Barton* l. c. Castaneae nempe variis incolis Tyrolensibus et Vallesiensibus praecipue abundantissimae eorum appetitum excitant, hinc saepe parvuli, quin imo adulti catervatim sub his arboribus confluunt, quarum fructus saepe immaturos saxis petunt comeduntque. Hos magna copia devorant, et cum aliis dividunt. Quid ab hisce exspectandum, praecipue crudis, saepe immaturis magna copia ingestis, jam norunt pathologici. Energiam videlicet intestinorum imminutum iri ex quantitate cibi, et aëre evoluto; interea dum non innocens earum suc-

---

360) Diss. qua morbum syphiliticum et scrophulosum unum eundemque esse evincere conatur. Hal. 1787. 361) Vom Krebse etc. 362) *Musitanus* l. c. cap. 45. 363) *M. Stoll* prael. de morbis chronicis. — *Prosser* l. l. p. 40. Anhang zu *Th. White* über Scropheln und Kröpfe p. 98. 364) vid. §. 43. 365) *Theden's* neue Bemerkungen Th. I. p. 151. *Kortum* l. c. p. 41.

cus humores non admodum laudabiles praeparare, conficere potest. Videatur igitur, ut varii putant, eodem tempore, quo debilitas viscerum chilopoëticorum habeatur, determinari majori quantitate humores ad caput, ut neque absurdum sit opinari, strumam ipsam promoveri posse. Caeterum hac nimia castaneorum ingestione non dico strumas procreari, saltem tamen indigestionem, tumores abdominis et obstructiones induci mihi videntur. [366])

Antiquissima propemodum opinio causam strumae endemiae, *aquae*, qua certarum regionum incolae uti coacti sunt, quaeque vel *nivalis*, vel *putanea* partibus salinis crudis terrestribus imbuta est, adscribit [367]): tribuerunt alii ipsam *aquae frigori*, alii

366) legas etiam *Foderé* l. l. p. 353. 367) Hoc jam testatus est *Cajus Plinius Secundus* in Hist. Natur. eum alibi, tum maxime lib. XI. p. 624—25. cap. 37. sect. LXVIII. ex edit. *Joannis Harduini*. „Guttur, inquit, homini tantum et suibus intumescit, aquarum, quae potantur, plerumque vitio." Praecipue aqua frigida cruda et nivalis potens judicatur a *Celso* et *Sennerto*. Quod vero in Alpestribus multisque adhuc aliis locis, ubi malum istud occurrit endemice, colli strumis saepe admirandae magnitudinis affligantur, quidam cum *Scaligero* in *Cardanum* Exercit. 60. id fieri volunt ob aquae malignitatem, et propter liquefactas nives, unde aqua multum terrestritatis secum retineat; producatur etiam *Schelhammer* de hum. corpor. tumoribus, Jenae 1695. p. 96. *Musitanus* l. c. c. 45. nec non multi medici recentiores morbi causam ex hoc fonte derivandam credunt, v. c. *Prosser* l. c. p. 32. *Girard* l. l. p. 410. *Percival* l. m. p. 176. *Deidier* et *Lange* in *Richter's* chirurg. Bibliothek. B. VIII. 3. St. *D. Bordeu* Prix de l'academie de Chir. l. c. p. 54. peculiares qualitates aquis nivalibus inesse asserit; saponem enim difficulter resolvunt, nec linteaminum impuritatibus delendis, nec leguminibus coquendis conveniunt, ideoque vi solvente destitutae, nec alimentorum in ventriculo digestionem multum adjuvare posse videntur; imo forte nec sanguini diluendo propterea aptae existunt: vid. *Goursaud* propter nitrosas partes, quas continere ait, sanguinem eas incras-

*defectui aëris fixi.*[368] Sunt, qui ex partibus aquae constitutivis, ex *selenito* aut *topho* aut *marga*, quae corpora in his locis in aqua inveniuntur soluta, omnia declarare cupiant.[369] Alii cum *Lan-*

---

sare putat, Prix de l'academie de Chir. l. c. p. 292. Has etiam aquas nivales particulis terrestribus scatentes accusat *Fr. Hoffmannus*, vid. A. E. L. 1714. p. 207. *Lucas* exinde derivat strumas, quibus incolae Spadani laborant, sed monuerunt E. L. thermas Carolinas aeque ac simplices ibi scaturientes aquas copiosis particulis terreis abundare, cum tamen nemo ibi strumis laboret: vid. Comm. de rebus in sc. nat. ac med. gest. Suppl. I. Dec. I. p. 23. 368) *Sello* Medicin. clin. 1793. p. 415. 369) *Pallas* Reisen in verschiedene Provinzen des Russischen Reichs, St. Petersburg 1771. 1ster Th. p. 38. Ejusd. Nordische Beyträge, Bd. II. S. 123. *De Luc* physisch-moralische Briefe über d. Berge u. Geschichte d. Erde und des Menschen, Seite 18. u. 19. *Wilhelm v. Coxe* Briefe über den natürlichen, bürgerlichen und politischen Zustand der Schweitz, 2ter Bd. 18ter Brief; *Cl. Coxe* pro unica hujus mali causa materiam calcaream habet aut tophum polymorphum *Linnaei*, germanice *Tuffstein*, tam subtiliter in aqua solutum, ut a naturali sua pelluciditate nihil quidem amittat: quae particulae, ut illi videtur, ad glandulas colli se quasi adglutinant strumamque formant. In omnibus enim Europae regionibus, quibus struma solemnis est, hunc tophum, hanc materiam calcaream in aqua se reperisse asserit: quin etiam non raro chirurgum aliquem particulas tophaceas e strumis extraxisse contendit, et unum exemplum prae aliis memoratu dignum allegat, ubi hic idem chirurgus plures ex hac materia consistentes lamellas longitudine dimidii pollicis manu prehendisse, solisque remediis externe adhibitis et abstinentia ab hac aqua aegrotos sanasse dicitur. Nunc, quamvis huic observatori contradicere nec possim nec temere velim, omnino tamen fatendum erit, non eandem semper hic statuendam esse rationem, non unice, non necessarie a causa allata, aut, ut alii volunt, a superflua salis quantitate in aqua soluti pendere hoc malum. Nam accuratiore aquarum et locorum indagatione didicimus, aliquas regiones strumae non expertes minus praeditas esse aquis calce impraegnatis, quam locos excelsiores, in quibus struma prorsus non observatur. vid. *Foderé* l. c.

*gio* lib. I. epist. 43. in *halitus mercuriales*, it. aquas in Alpibus mercurio infectas, aut mercurium in se continentes causam conferunt. Videtur quidem consentaneum, effectum hunc a mercurio esse deducendum, quia aquae hae ex Alpibus scaturientes juxt. *Langium* etiam casum dentium excitant, et posset forte aër frigidus, liberius admissus, motum lymphae, quem mercurius excitaverat in faucibus, iterum inhibere, ut in glandulis faucium denuo stagnaret, et ita mercurius quidem moveret lympham, sed non promoveret, imprimis si denudatio colli et aliae circumstantiae concurrerent. Quia tamen nihilominus in Hungaria et Transsylvania mercurius in magna copia provenit, et nihilominus incolae strumis non aeque corripiuntur, ideo probabile videtur, tumores hosce etiam ex aquis austeris et crudis ex nive liquescente resolutis oriri, cum noxiae valde sint et ideo ab *Hippocr.* lib. de aëre, aquis et locis, ὕδατα φλεγματωδέστατα et βραγχωδέστατα i. e. maxime aquosae, inutiles et asperrimae nominentur. — Alii denique ex *aquis vitriolicis* strumarum genesin explicarunt, vid. *Jonston* l. 9. tit. 2. cap. proprio et Camerar. cent. 9. part. 69. atque ad probandam hanc sententiam multa in medium adducere sunt conati: istae enim particulae, dum continuo harum aquarum usu sanguinem ingrediuntur, ob naturam suam acido stypticam lympham cogunt, ejusque naturam blandam pervertunt: quae sententia maxime confirmari videtur eo, quod *Zeplichal* de incolis ducatus Iauraviensis prope montes sudetos narrat: vid. ejusd. Einleitung zur bergmännischen Kenntniss des Erdb. P. I. p. 94. „isti enim, quamdiu aquas e metalli fodinis scaturientes (Stollenwasser) pro potu assumerent, strumis laborarunt: intacti vero ab eo malo vivunt, postquam neglecto harum aquarum potu aquam fontanam bibere inceperunt.“ — Attamen in dubio manet haec hypothesis, cum in quibusdam locis aquae vitrio-

licae in magna copia proveniant, quorum incolae strumis haud corripiuntur. *De Heucher* l. c. p. 282.

Quod primam, cujus mentionem feci, attinet opinionem, nempe in aqua nivali regelata sumendam esse strumae causam, *Fernelius* [370]) jam de hac re dubitabat, et *Wilmer* cum *Foderé*, *Saussure* et aliis [371]) somnium hoc esse putant, et totam hanc theoriam rejiciunt. Defensores hujus theoriae eam ita explicare solent: „Tam gelatione aquae, quam solutione nivis et glaciei subtiliores et volatiles aquae partes, aërem praecipue fixum aufugere, ac dissipari; crudas vero salinas ac terreas remanere, experientiae esse [372]); tali aquae humoribus semper admixtae illud deficere principium, quo partes istae crudae subigantur, eoque noxii adfectus, quos in lympham habere debeant, impediantur; visciditatem itaque et coagulationem lymphae, partiumque terrearum abundantiam in ea oriri debere [373]); ideo obstructiones effici, quae in nulla alia parte tam facile oriri possint, quam in glandula thyreoidea, quippe organo fungoso, cui pro ambitus proportione maxima fere humorum pars adducatur, cujusque usus praecipuus in eo consistere videatur, ut sanguinem, imprimisque lympham aliquo modo commutet. Contendunt porro eundem fere esse effectum in iis, qui aquis utantur putaneis, partibus seleniticis aliisque salibus lympham coagulantibus impraegnatis.“ Quae omnia non vana esse, argumentis probatur sequentibus:

---

370) *Fernelii Ambiani* universa medicina Frft. 1693. 8. p. 649. 371) *W. Cullen's* Abhandl. über die Materia med. mit Anmerk. von *S. Hahnemann* 1. Th. Leipz. 1790. p. 444. 372) *Hippocr.* de aërib. aquis et locis in Oper. omn. ed. *van der Linden* p. 339. *C. Wintringham* von den endem. u. epidem. Krankh. a. d. Engl. Berlin 1791. 1. Th. p. 115. 373) *R. Mead* account of poisons. Lond. 1754. p. 307.

α) Struma nempe in iis regionibus praecipue endemia est, quarum incolae aquam nivalem et glacialem bibere coacti sunt. [374])

β) Sic sociis nauticis celeberr. *Forster* [375]) sub potu aquae nivalis glandulae colli intumescebant, et postquam ab illo abstinuerant, tumores cito evanescere visi sunt.

γ) Iis in regionibus, ubi multae inveniuntur strumae, pauperes, qui multum aquae bibunt, plerumque iis sunt obnoxii: divites vero, qui parum aquae bibunt et vino ac cerevisia magis utuntur, morbo immunes sunt. [376])

δ) Ab eo inde tempore, quo aquae fluminis Vesse canalibus per urbem Rhemi ductae sunt, incolaeque iis utuntur, strumosorum numerus, antea hac in urbe eximius, mirum sane in modum est imminutus. [377])

ε) In pago *Flach* Tigurinae ditionis fons est, qui ob peculiarem suam vim „Kropfbrunn" dicitur. In iis, qui aquam ejus bibunt, strumae oriuntur. Incolae pagi Schmiedebergensis „Steinseiffen" strumis olim quam maxime vexabantur. Malum tamen plane fere desiit, a quo tempore incolae fontibus quibusdam non amplius utuntur, quibus strumas oriri videbant. [378])

---

374) *C. Lucas* an essay on Waters. London 1756. Tom. II. pag. 257. *Watkin* in the univers. Magaz. Febr. 1793. praeterea multo plures adduci in medium possent; sed eorum historiam universam non damus. — 375) Observations made during a voyage round the world by *J. R. Forster* Lond. 1778. p. 639. — *Joannes Petr. Frank* de cur. hom. morbis epitome. Edit. a *Joseph. Eyerel* M. D. lib. VI. p. 238. 376) *Ed. Brown* l. c. p. 77. 377) *Thouvenel* Hist. de la Societ. royale de médecine, Ann. 1777. et 78. p. 274. Sammlung auserles. Abhdl. für pract. A. XV. Bd. p. 416. *Percival* l. l. p. 176. 378) *Fr. Hoffmann* de morbis certis regionibus et populis propriis; vid. Op. omn. Tom. VI. p. 202.

Jam vero audiamus, quae huic theoriae opponantur:

α) Si aqua nivalis strumae causa esset, morbus in omnibus istis regionibus endemius reperiri deberet, quarum incolae ea utuntur. Contra autem non admodum rarum est, ut in ejusmodi regione struma occurrat, cujus habitatores aqua nivali non utuntur, e. g. in urbe *Neapoli* et in insula *Sumatra* [379]) appellata: cum contra in regionibus, ubi omnis aqua potui inserviens e receptaculis glaciei ac nivis hauritur, immunes malo inveniamus incolas: sic *Lapponi*, qui per maximam anni partem aquam bibunt nivalem, rarissime strumis sunt expositi. [380]) Simili observatione *Cl. Foderé* opinionem illam refutare studet: „Si les eaux de neige,“ inquit „étaient la cause du goître, ceux, qui les boivent au sortir immediat de frondrières de neige, devraient être attaqués les premiers de cette maladie; mais tout le contraire arrive. Dans la vallée de Maurienne par exemple les habitans des Paroisses de Bonneval, Bessans, Lanslevillard etc. n'ont point de goître; cependant ces peuples boivent l'eau sortant, pour ainsi dire des frondrières de neige, et des glaces éternelles, qui couronnent leurs Alpes.“ „Au contraire, à mesure que les habitans des communautés qui suivent, boivent l'eau plus eloigné de la neige, ayant déja serpenté par des cailloux, des bois et des prairies, ayant déja eu le temps de s'imprégner de l'air atmosphérique et de calorique, le goître commence. Ainsi les habitans de Modanne commencent à en avoir; en suite ceux de Frenai en ont de plus; ceux de St. André d'avantage etc. [381])

β) Omnes fere fontes ac flumina a montibus deve-

---

379) *Marsden* Geschichte und Beschreibung von Sumatra. S. 64. und weiter. 380) *B. Wilmer* Cases and remarks in Surgery. London 1779. p. 237. 381) *Foderé* l. c. p. 37.

niunt, exinde a nive soluta, hinc omnes, qui hac utuntur, deberent struma affici, quod non accidit.

γ) Grajis et Romanis in deliciis erat glacialis et nivalis unda, et glacies ipsa, attamen hac de causa non laborarunt struma epidemica.

δ) Aqua partibus calcareis impraegnata nunquam strumae, testante *Foderé*, causa esse potest. E contrario talis aqua strumam sanaret, nisi morbi causa permaneret. [382])

ε) Plurimas se invenisse strumas *Foderé* dicit in regionibus, quarum aquae purissimae sunt; cum contra istarum regionum aquae, quarum incolae strumis non expositi sunt, selenite et terra calcarea abundent. [383]) Observationes autem *Fr. Hoffmanni*, *Percival's*, *Watkin's* aliorumque celeberrimorum virorum plane contrarium probant.

ζ) Aqua clara paucissimam tantummodo quantitatem harum partium solutam continere potest, et talis quantitas tantos producere non potest effectus. vid. *Foderé* l. l. p. 40.

Sufficiat haec qualiacunque in medium protulisse: multo adhuc plura ad exuendam hanc sententiam attulit *Foderé*, quorum taediosa esset enumeratio. —

Non minus multi causam strumae principalem tribuerunt consuetudini quibusdam gentibus propriae, *pondera in capite gerendi*, et *necessitati, cui vallium incolae subjecti sunt, omnia per montes altissimos portandi.* [384]) Quae

---

382) *Foderé* l. c. p. 36. 383) Loc. laud. p. 38. 384) Collum in his functionibus auctore *Riolani* encheirid. anat. et pathol. Lipsiae 1674. Lib. IV. cap. 7. multa certe patitur, et exspiratio valde impeditur. Aër retentus uno alterove modo vias sibi parat, quibus glandulam thyreoideam intret. Haec eo distenditur; interstitiis exinde factis lympha coagulabilis extravasatur, quae sensim incrassatur et magis accumulatur, sicque struma oritur vera ex tumore, qui antea exphysematosus tantum-

vero causa, si ad libellam veritatis expendatur, celeberrimo *Gautieri* l. c. p. 143. et 144. futilibus videtur innixa argumentis, cum his in locis usu non admodum veniat talis gestationis modus ob irregularitatem collium; imo penes nonnullos Tirolis oppidanos usus hic protinus deficiat. Praeterea generatim struma jam laborant, quamquam haec pondera supra caput non gestaverint. Contra Badobadenses feminae, quae pondera supra caput gerunt, procera eaque recta donantur corporis statura, et nullo morbo premuntur. Sic e. g. inter Austriae, praesertim inferioris, juvenes rusticos certamina sunt circa transportationem ponderum in capite; nonnulli quocirca horum, ut se fortiores ostendant, immanes ferunt mergites vel herbarum fasces, nihilominus strumam nondum innatam inveniemus. Nihilo tamen perficere posse non renuam, cum musculorum colli et thoracis validior et constans appareat actio atque intentio, cum respiratio aliquando laedatur, et exin sanguis ad caput deferatur insigniter, prout ostendit faciei rubedo, diffluens undequaque sudor, et vasorum intumescentia.

Ad theoriam tandem pervenio a *Cl. Foderé*, *Barton*, *Saussure* et *Chavassieu d'Audebert* magna fidu-

---

modo fuit. Quae vero sententia quoad florem et incrementum tumoris maxime in controversiam adducitur a celeberr. *Iphofenio* l. c. p. 26—29. §. 43—48. p. 31—35. §. 51—55. *Plenckius* l. c. p. 203. suam mentem clarius expressit his verbis: „Bronchocele est fere semper aliarum strumarum principium: viae enim aëri in glandulam thyreoideam irrumpenti parari possunt vel distensione ac divulsione membranae laryngis, vel canalibus a respirationis viis ad thyreoideam glandulam tendentibus. *Felix Platerus* prax. med. Tom. III. Basil. 1625. p. 238. primus fuisse videtur eorum, qui strumas ex hac causa ducebant, et multi opinionem ejus probarunt. Sic *L'Alouette* l. c. p. 169. sic denique *Hallerus* Elem. physiol. Tom. III. p. 398. et *Foderé* l. c. p. 25.

cia adsertam [385]); quaeque brevibus verbis haec est: Atmosphaerae earum regionum, quae strumarum ortui favent, character proprius *humiditas* est, quacum *magnus* conjunctus est *calor*, a solarium radiorum repercussu ex saxis valles circumdantibus prolatus. Hinc talis atmosphaerae oritur constitutio, quae valles eas balneis vaporis similes reddit. Talis autem atmosphaera corpora debilitat, imprimisque eorum superficiem et partes externis impressionibus praecipue expositas. Hisce partibus glandula thyreoidea etiam adnumeranda est. Nunquam autem glandula debilitatur ita, ut non una intumescentia exinde producatur; sicque facile intelligitur, quomodo struma oriri possit. Cum tamen ex hac causa nunquam tantus tumor, quantum struma saepe adfert, produci possit, nisi debilitas permagna adsit, quae et alias corporis partes infestat, adesse debent causae coëfficientes, immediatum in glandulam thyreoideam effectum producentes. Hae in glandulae thyreoideae debilitate, impotentia latere videntur, deliberandi se ab humore in ea parato ad laryngis lubricationem destinato. Causa hujus imbecillitatis etiam in aëre humido quaerenda est, cujus inspiratione canales laryngi mucum adducentes relaxantur. Hi tonum ac elasticitatem suam inde perdunt et sensim sensimque ita obstruuntur, ut excretio humoris ex glandula thyreoidea tandem plane cesset; aër enim humidus non satis magnam vim irritantem habet, qua organa haec stimulentur ad sese deliberanda. Secretio autem in glandula thyreoidea semper pergit, humor retinetur, et sensim incrassatur ob partium ejus

385) *Foderé* l. l. p. 53. sqq. — *Barton* l. c. p. 86. et 87. — *Saussure* Alpenreisen 2. Band. — *Chavassieu d'Audebert* D. — Médecin de Paris etc. Des inondations d'hiver et d'été etc. Paris 1807. Non pigeat consulere *Iphofen* l. c. p. 38—50. §. 60—76.

fluidarum resorptionem, sicque sensim magnus oritur et durus tumor. Glandulae arithaenoideae et epiglottidis iisdem aëris humidi impressionibus expositae sunt; quare eodem modo, ut glandula thyreoidea, intumescerent, nisi superior laryngis pars frequentioribus conatibus in exscreatione, tussi etc. exposita esset, quibus glandulae istae exonerare se muco coguntur. Quamquam vero non audeo hujus theoriae naturam dijudicare, tamen rationibus sufficientibus niti non videtur. Auctores enim hujus opinionis glandulam thyreoideam organon esse secernens arbitrantur; cum autem ingeniosissimi aetatis nostrae Physiologi et Anatomici de hac glandulae thyreoideae functione dubitent, haec quoque theoria nondum valere potest. — *Ackermannus* [386]) dicit de strumis in genere, eas nihil aliud esse, quam glandulam thyreoideam abnormalem tumidam, *ab arteriis hujus glandulae nimie extensis* productam; respectu Cretinorum vertebras colli antrorsum curvatas tanquam causam praedisponentem considerat, quia his glandula antrorsum premitur, arteriae igitur, puta thyreoidea superior et inferior, quae alias flexuosae ad hanc glandulam ascendunt, nimis extenduntur et perdunt suas flexuras, atque sanguis ob vicinum cor majori cum vi in eas propellitur, quo vasa dilatantur. Haec tamen postrema definitio nodum non solvit, quia expresse dicit *Iphofenius* [387]), se nunquam in Cretinis vertebras colli antrorsum curvatas invenisse; non igitur sufficit distinctio causae illius praedisponentis. Quod primam, cujus mentionem feci, *Ackermanni* attinet opinionem, dubia et levis manet haec hypothesis. — *Wichman-*

---

386) *J. F. Ackermann* über die Cretinen, eine besondere Menschenabart in den Alpen. Mit Kupfern. Gotha 1790. Seite 48. und 49. 387) l. l. p. 21. §. 32.

*nus*[388]) et *Wenzelii*[389]) *causis mechanicis* v. c. gestui et adscensui montium ortum strumarum attribuunt; si vero haec ad producendas strumas sufficerent, omnes totius Helvetiae incolae strumis deformati esse deberent, et omnes regionum montanarum habitantes, quod tamen historia non testatur. — Alii denique strumae originem ex *congestione sanguinis ad caput, glandulamque thyreoideam*, qua dilatatio vasorum sanguiferorum et exinde reproductio hujus partis major efficiatur, ducunt. — Jam vero *Iphofenius*[390]), vir elegantissimi ingenii, de veritate sententiarum illarum non convictus in hanc quoque arenam prodiit, rem aliquam natura sua difficilem, scitu utilem nullique percognitam curiose diligenterque excussurus, qua tandem via ad lucem aliquam facilioris rationis, per difficillimam hanc doctrinam possit perveniri atque ita ad viscera causae penetrari: faciamus eum ipsum loquentem: „Opinio, aquam partibus terreis gravidam ad producendas strumas conferre posse, saepius quidem jam refutata est, persuasus autem de influxu ejus in strumas, cogor eandem denuo urgere. Strumae, de quibus hic sermo est, non inter eos, qui in verticibus montium habitant, inveniuntur, sed inter eos, qui pedibus montium versantur. Aquae, quibus hi utuntur, sunt vel rivi vel fontes; ad internum usum fontes plerumque praeferunt; hi ex solo, pede montium scatentes fontes, formantur ex aquis inter strata atque rimas montium calcarearum decurrentibus, dum hae aquae inter rimas montium calcarearum descendunt, magnam ex lapide calcareo

388) *Wichmanni* Ideen zur Diagnostik. Hannover 1794. 1. Bd. 389) *J. et K. Wenzel* über den Cretinismus p. 104. 390) *Aug. Ernestus Iphofen* de cretinismo, diss. inaug. pathol. Vitebergae 1804. p. 36—38. In hocce libello auctor primum mentem suam uberrime et acutissime, at breviter exprimebat, hic primum sensa animi florem et incrementum acceperunt.

copiam acidi carbonici in se recipiunt, et valent nunc quantitatem partium terrearum solutam in se continere, non autem ab iis turpantur, sed semper quam maxime limpidae reperiuntur. Quanta sit vis partium terrearum, quas tales aquae solutas continent, patet ex massis stalacticis ex illis aquis se formantibus; simulac enim illud acidum carbonicum cum aëre atmosphaerico in contactum venit, se cum eo conjungit, et partes terreae, quas in concentrato statu solutas continere poterat, nunc praecipitantur. Eandem praecipitationem ex aquis, partibus terreis nimis impraegnatis, etiam in corpore animali locum habere posse, neminem, qui propriam affinitatem acidi carbonici cum humoribus illius novit, fugiet. Hae partes terreae motu circulari humorum in corpore distributae iis in vasibus eo spissiores se accumulant, ubi in majori quantitate deponuntur, et respectu minoris vasorum reactionis propelluntur. (Vid. quae *Iphofenius ipse* in l. c. p. 113—115. §. 168—69. contra hanc suam sententiam egregie monuit.) Hoc in glandula thyreoidea praesertim ita se habere, docet ejus anatomia; copia enim sanguinis, quam haec glandula obtinet, major est eo ullius corporis organi; propterea fit, ut vasa ejus eo magis dilatata ac laxiora reddantur, praesertim dum etiam textura parenchymatosa glandulae expansioni vasorum resistere nequeat. Exinde tamen concludi non debet, me putare, totam colli intumescentiam a partibus terreis produci, sed me eas tanquam causam considerare, qua excretio vasorum lymphaticorum eo potius supprimatur, quia viae excretoriae hujus organi ob suam subtilitatem distincte monstrari nondum adhuc potuerunt. Nonnulla ex experientia hausta documenta ad hanc sententiam confirmandam adducere operis pretium duco. Reperiuntur strumae et montes calcareae tophicaeque Bernae, Friburgi Helvetici, Lucernae ad Alam et Bexem in vallibus Sabau-

diae, Pedemontii, Veltelinae, (Veltlin, Valtelin) apud Dresdam etc. Incolae Bernenses, Friburgenses et Lucernenses strumis valde obnoxii sunt. Friburgi incolae maximam aquae partem ex fonte, qui in vicina lapicidina oritur et in rupe, ex qua scatet, multum deponit tophum, hauriunt. Canales, quae aquam in puteos Bernenses ducunt, ab illo topho valde sunt incrustatae, et vir fide dignus affirmavit *Coxio* [391]), se ipsum colli intumescentiae obnoxium esse, quae intumescentia praecipue hiemis tempore, ubi Bernae habitaret, augeretur, aestatis vero tempore, ubi aliis locis versaretur, quorum aquis non tanta insit tophi quantitas, diminueretur. Item narravit *Dux Pfeiffer*, omnes aquas Lucernenses topho gravidas esse, unico excepto puteo, et quod habitantes circa hunc puteum rarius strumis obnoxii essent, quam reliqui urbis incolae; monstravit etiam ollam, in qua quotidie ad suum usum aqua coquebatur, de qua simul referebat, eam brevi tempore tanta incrustari tophi copia, quod bis per hebdomatem purgari deberet.“ Hoc etiam in controversiam adducitur ab *Iphofenio,* qui ita scriptum reliquit l. c. pag. 116 — 117. §. 172. „Wenn der General Pfeiffer durch das Wasser in Freyburg kröpfig ward, so geschah' es also nicht darum, weil Kalktheile mit diesem Wasser in seinen Körper kamen, denn das konnte nicht seyn, weil er es vorher kochen liess; sondern weil er es kochen liess, und weil es durch das Kochen seiner kohlensauren Luft verlustig und ein mattes Wasser wurde.“ Certior fit res relationibus cujusdam chirurgi balneis Leuciae; hic refert: Se non raro particulas tophi ex strumis traxisse, et nonnullas lamellas planas semii digiti magnitudinis ex struma suppurante. Porro eandem substantiam in ventriculis

---

391) Briefe über den natürlichen, bürgerlichen und politischen Zustand der Schweitz. 3. Th. Zurich. 1792.

vaccinarum reperisse, item in strumis ulcerandis canum, qui istis in regionibus strumis etiam obnoxii sunt. Haec ille: plura non addo, cum reperiri possint in dissertatione modo citata.

*Hic* vero *talis vir* jam ex aliquot annis praeterlapsis omnes istas regiones, quarum incolae hoc malo praeprimis laborant, non solum peragravit, verum etiam hunc morbum accuratius et justo studio observavit, ejusque simul causas adhuc valde obscuras fusius et doctius explicavit: nec rediit re infecta, sed multa divinitus expedivit, cum se totum daret ad hocce negotium non supine perficiendum. Consilium, quod tum ceperat, libri edendi, postea non abjecit; novam enim se paraturum esse editionem promisit, quacum profundioris illius doctrinae thesauros augeret et locupletaret. Quanta autem repetitis promissis *Iphofenii* exspectatio, quanta spes inter doctos nostrae aetatis viros commota fuerit, ex multis operibus tum editis, praecipue ex epistolis elucet. Denique re per plures annos protracta, ab *Iphofenio* excitata spes paene esset exstincta. Postea tamen, anno millesimo octingentesimo decimo septimo, nescio quomodo id, quod jam desperaverat, feliciter executus est, et reperti thesauri claros eruditione viros liberaliter participes fecit. Sententiis suis novam dedit formam, dissertationem, quam Vitebergae ediderat, basin fecit, multa omisit, obscoeniora vel ejecit, vel interpolavit, rescissis aliis, aliis adjunctis, atque ita magnae molis opus felici successu exstruxit. Inter ipsas diversas opiniones illorum, qui de Cretinismo et de struma endemica nostris temporibus accuratiores notiones adferre conati sunt, veritas contradictionibus ab auctore obumbrata est, critice illas censuit, et partim docuit, unde singula acceperit. Verum audiamus *Iphofenium* 392) *nostrum*

392) Der Cretinismus philosophisch und medicinisch untersucht

qui has difficultates, hanc opinionum ac monitorum varietatem et dissensionem conatus est diluere: verba ejus ipsa produco, cum non in omnium manibus sit eruditissimum opus, et plurimum inde lucis opusculo meo accedat:

„§. 69. Von dem Mangel an atmosphärisch-elektrischer Materie, als äussere Ursache endemisch herrschender Kröpfe.

In der Vorrede ist erklärt worden, dass Mangel an atmosphärisch-elektrischer Materie darum zu Entstehung epidemisch herrschender Krankheiten Veranlassung gäbe, weil eine Luft, die an elektrischer Materie sehr arm ist, nicht so viel reizende und stärkende Kräfte besitzt, als die Entwicklung und Fortdauer unsers Körpers und seiner Kräfte bedarf, und dass er daher in einen gelähmten und kraftlosen Zustand übergehe. Aus diesem ohnmächtigen Zustande in der thierischen Oeconomie entstehen aber nicht allein Stockungen und andere Regelwidrigkeiten, sondern auch Mangel an Reaction gegen schädliche Einflüsse etc.

Die Entstehung des Cretinismus ist aus Mangel an atmosphärisch-elektrischer Materie hergeleitet worden, theils, weil er, wie jene Uebel mit Lähmung beginnt, und in Lähmung und in Nichtentwickelung besteht; theils weil er auch wie jene in einer nicht elektrischen Luft herrschend ist.

Die entfernte Ursache endemisch-epidemisch herrschender Kröpfe ist ebenfalls Abspannung der Faser (siehe §. 31. und weiter), und die nächste Stockung der Flüssigkeiten; dass aber Mangel an atmosphärisch-elektrischer Materie, von diesen Stockungen und jener Abspannung eben sowohl die äussere Ursache sey, als wie die des Cretinismus, das ergiebt sich nicht nur

---

von Dr. *August Ernst Iphofen*, 1ster Th. Dresden 1817. §. 69. p. 45.

daraus, dass sie da wirklich endemisch - epidemisch herrschen, wo es der Luft an dieser Materie fehlt, sondern auch aus dem Verschwinden derselben nach der Versetzung des Individuums in eine bessere Luft.

§. 70. Kröpfe und Cretinismus kommen mit einander in Verbindung vor.

Ueberall, wo die Kröpfe endemisch herrschen, da giebt es auch Cretinen, und mehr oder weniger, nachdem die Kröpfe mehr oder weniger herrschend sind. Darin stimmen die Nachrichten aller derjenigen überein, welche über den Cretinismus geschrieben haben, und ich überzeugte mich bey Untersuchung des Cretinismus sehr bald so sehr davon, dass ich später auf den Reisen, welche ich des Cretinismus wegen machte, in den Wohnsitzen zuerst meine Aufmerksamkeit auf die Hälse richtete; sahe ich viel Kröpfe, so vermuthete ich auch Cretinen, und meine Nachsuchungen bestätigten meine Vermuthungen auch gewöhnlich.

§. 71. In einer jeden Atmosphäre, die an elektrischer Materie fortdauernd arm ist, sind die Kröpfe endemisch - herrschend.

Arm an elektrischer Materie ist jede eingeschlossene stockende Luft, wie z. B. in tiefen engen Thälern. Zweitens eine Luft, die mit mineralischen Dünsten geschwängert ist. Drittens die feuchte stockende Luft sumpfiger mit Waldung umgebener Gegenden und Wohnsitze.

§. 72. Dass die Kröpfe in tiefen engen Thälern ganz besonders endemisch - herrschend sind, ist früher schon angezeigt worden (siehe §. 5.) Mit mineralischen Dämpfen ist die Luft geschwängert: in der Halsbrücke bey Freyberg, beym Alaunwerke Schwembsal, in Neusol in Ungarn [393]), beym Schwefelbergwerke und

---

393) Reisebemerkungen über Ungarn. Von *Samuel Bredetzky*,

der Schmelze zu Grossarl[394]) und in allen diesen Orten sind die Kröpfe endemisch - herrschend. Zwischen Waldungen herrschten endlich die Kröpfe zu Mannbach in Thüringen [395]) und in Lerbach am Harze.

§. 73. Berichtigung der in den Paragraphen 60. und weiter [396]) gedachten Widersprüche.

Nicht darum also entwickeln sich in jenen Atmosphären die Kröpfe mit endemisch - epidemischem Charakter, weil die eine stockend, die andere mit mineralischen Dämpfen und die dritte mit Feuchtigkeit geschwängert ist, sondern weil es einer jeden dieser Luftarten an elektrischer Materie gebricht, und da eine jede dieser genannten Ursachen zureichend ist, eine Atmosphäre an elektrischer Materie arm zu machen, so können bey einer derselben Kröpfe herrschend seyn, ohne dass die zweite oder dritte hinzukomme.

*Saussure* konnte also mit Recht sagen, dass Feuchtigkeit nicht nöthig sey, um endemisch - herrschende Kröpfe hervorzubringen, und das Beispiel, welches er zum Beweis anführt: ville neuve d'Aosta, wo die Luft trocken sey, und die Kröpfe dennoch endemisch-herrschend wären [397]), passt sehr gut hieher. Allein auch eine ungewöhnliche Hitze, wo *Saussure* glaubt, ist nicht nothwendig, um in einem Orte, wie ville neuve *d'Aosta*, die Kröpfe endemisch - herrschend zu machen, denn wo eine Luft so stockend ist, wie in dieser Gebirgsschlucht, da muss sie schon darum an elektrischer Materie höchst arm seyn, und da die Luft

---

evangelischen Superintendenten in beiden Gallizien etc. 394) *K. u. J. Wenzel* der A. G. D. D. Abhandl. über den Cretinismus S. 97. 395) der Thüringer Wald besonders für Reisende geschildert von *K. E. H. v. Hoff*, Herzog. Sächs. Goth. Hofrath; zweite oder südl. Hälfte, 1. Heft S. 22. 396) Siehe des 2ten Bandes §. 8. 397) Siehe dessen Alpenreisen 2. Bd. S. 480.

fast in einem jeden engen tiefen Thale stockend und deshalb an elektrischer Materie arm ist, darum sind die Kröpfe in den Thälern auch am meisten zu Hause.

§. 74. Unter den Dingen, unter deren Einfluss die elektrische Materie frey und wahrnehmbar zu seyn aufhört, sind im 72. Paragraphen auch feuchte Dünste genannt worden; gleichwohl sprechen *Barton* und *Marcard* von feuchten Gegenden, ohne daselbst Kröpfe zu finden, und daraus liesse sich folgern, dass feuchte Dünste einen solchen Einfluss auf die elektrische Materie entweder nicht haben, oder dass der Mangel dieser Materie die Ursache endemisch-herrschender Kröpfe nicht sey. Jenen Einfluss feuchter Dünste auf die elektrische Materie zeigt das Elektrometer, dagegen ist folglich nichts zu sagen, der zweite Widerspruch aber ist nur scheinbar, weil die Gegenden, welche zum Beweis genannt worden sind, nicht stockende sondern freie Luft haben, und weil sie nicht immer, sondern nur periodisch feucht sind. *Foderé* hat an seinem Orte schon den Gegenbeweis darüber geführt, er sagt: „Man kann mir den Einwurf machen, dass, wenn eine feuchte Luft die einzige wahre Ursache des Kropfs wäre, in allen feuchten Ländern Kröpfe existiren müssten, da man doch in denselben blos Geschwülste, Wassersuchten, kalte und anhaltende bösartige Fieber antrifft. In welchen Ländern wird man sagen, würde man so viele Kröpfe finden, als in jenen, wo Reis gebaut wird, wie in Vercellois und Ober-Novarrais u. s. w.“ Hierauf antworte ich, diese Länder sind Ebenen, wo der Wind von allen Seiten frey durchstreicht. Diejenigen, die den Reis bauen, sind entweder Bergbewohner, arbeiten hier einen, höchstens 2 Monate im Jahre, und empfinden während dieser Zeit den ganzen Einfluss der feuchten Luft auf ihren Körper; aber diese Zeit ist zur Hervorbringung eines vollkommnen Kropfes zu kurz, denn dazu wird

morbos tam sinceros quam fucatos [422]), insultus asthmaticos, suffocationem, et apoplexiam lethalem comprimendo vasa illa majora producere potest. Raro tamen struma, nisi causis provocatur externis, in inflammationem abit et suppurationem. Curatio in totum observatur difficilis et aliquando casu, quam studio chirurgico strumae felicius fuerunt abactae, quod simul praebet indicium, non semper de curatione penitus esse desperandum. Sponte vero morbum istum jam grandiorem evanescere raro tantummodo est observatum; fit tamen interdum. Fluxu menstruo incipiente aut ex irregulari in ordinem redacto strumam saepe evanescere jam supra dictum est. Strumam in graviditate ortam proxima graviditate iterum disparere, *Petit* observavit [423]); strumam mediocrem in foeminis, diabete et diarrhoea vehementi oborta evanuisse *Gi-*

---

tung und Behandlung geworden sind. Die längere Fortdauer des Druckes auf die Gefässe veranlasste die anevrysmatische Ausdehnung der Aorta. Die unmittelbare Gefahr, welche dieser Zustand veranlasst hatte, wurde durch die Anlage der faserigten Substanz entfernt, aber der Raum der Brusthöhle so sehr verengt, dass die Lungen nicht mehr gehörig ausgedehnt werden konnten, der Umlauf des Blutes durch dieselben wurde erschwert, und auf diese Weise müssen die asthmatischen Zufälle erklärt werden, welche allmählig in jenen permanenten Zustand übergingen. Praeclaram etiam *Parentis nostri* observationem haud pigeat consulere im Journal der Chirurgie und Augenheilkunde von *Graefe* u. *Ph. v. Walther*. Berlin 1821. 2ter Bd. 2tes Heft pag. 257—261. 422) *Friedr. Ludw. Kreysig*, die Krankheiten des Herzens u. s. w. Berlin 1814. 1ster Theil pag. 306. Der Verfasser dieses trefflichen Werkes sah in Folge eines Kropfes Herzklopfen, Beengung um das Herz und Angst, besonders nach Tische, und nach starkem Gehen und nach seiner gewiegten Ansicht kann man leicht in Gefahr kommen, diese Zufälle für Folgen eines Fehlers an dem Herzen oder an der Aorta zu halten. So beobachtete er auch ein perpetuirliches Klopfen am Halse; er heilte den Kranken durch Calomel, Schierling und gebrannten Schwamm. — 423) L.

*rard* [424]) et *Gilibert* [425]) referunt; struma endemia saepe regionis mutatione plane sanatur [426]). Plerumque tamen strumam suppuratione vel sponte nata [427]) vel tumoris irritatione accidentali prolata sanatam esse legimus [428]). Quamquam autem talem suppurationem faustissimus saepe secutus est eventus, saepe tamen tristissimos etiam habuit effectus; facile enim pessimum oritur ulcus et fistulae remanent omni curationi repugnantes; nec observationes deficiunt, aegrotos ingenti suppuratione vita privatos esse [429]). Rarissime strumae, si unquam, scirrhosae ac cancrosae fiunt; interim *Hoin* (Memoires de Dijon T. I. p. 295.) *Heister* Chirurgie cap. 103. §. 1. *P. de Walther* l. c. p. 15.

---

c. Tom. I. p. 209. 424) Loupiologie p. 429. 425) *Joan. Emanuel Gilibert* adversaria medico-practica prima seu annotationes clinicae etc. Lyon 1791. Siehe medic. chir. Zeitung von *Hartenkeil* und *Mezler*, 1ster Bd. 1792. Salzburg p. 439. Des Verfassers Gemahlin hatte einen Kropf; auf einmal entstanden heftige Colikschmerzen, eine Diarrhoe kam dazu, die ein Pfund pituita vitrea ausleerte, und weg war der Kropf. 426) *Fallopius* l. c. p. 288. multique adhuc alii. 427) *Willius* l. c. pag. 412. — *Mauchart*. Eph. Nat. Cur. 1712. Cent. 1. Obs. 17. 428) *Verduc* patholog. de Chir. p. 145. — *Assalini* Essai sur les vaisseaux lymphatiques etc. à Turin 1787. 12mo. Aus dem Franz. Dresden 1792. p. 58. Siehe auch Sammlung auserl. Abhandl. zum Gebrauche prakt. Aerzte, 15ter Bd. 1stes Stück. Lipsiae 1792. p. 144. „Einer meiner Freunde," sagt der Verfasser, „hat mir ein besonderes Beispiel von der Heilung eines Kropfes mitgetheilt. Eine Köchin, die einen sehr grossen Kropf hatte, gerieth mit einer andern Frauensperson in Streit, der so heftig wurde, dass sie dieser ein Küchengeschirr am Kopf warf. Diese ergriff einen Bratspiess, und durchstach damit den Kropf der Köchin. Es entstand eine starke Entzündung und Vereiterung, nach welcher sich der Kropf in kurzer Zeit verlor." Dictionnaire raison. etc. Tom. VII. p. 730. 429) *F. Hildani* Observ. et epist. chirurg. med. Argent. 1717. P. II. p. 597. — *Roncalli* l. c. p. 229.

effectum hunc observasse testantur; plane vero negat scirrhum et carcinoma glandulae thyreoideae strumosae *Samuel Cooper* (ejusd. Handbuch der Chirurgie in alphabetischer Ordnung durchgesehen und mit einer Vorrede versehen von *L. F. v. Froriep.* 1ste Lieferung p. 299. Weimar 1819.) sic etiam *Graefius, Parens noster* multique adhuc alii nunquam observarunt istam mutationem valde periculosam.

# PARS POSTERIOR

*de strumae cura.*

## CAPUT I.

### De strumae cura, quae cum superstitione quadam conjuncta est.

*Saepius utendum istis fortunae muneribus, at non semper fidendum.*

HEDENUS.

§. 52.

Curationem strumae olim *superstitiosis remediis* maxime persequebantur. Sola enim imaginatione curari posse strumas affirmant Historici quidam de curatione Regia Gallica et Anglica agentes, quam, ne quidpiam ad curationem hanc strumarum pertinens videatur omissum, breviter nunc exhibebimus [430]. Die

430) Viri caeterum eruditi, medici imo de hac re non dubitabant: sic *Andreas Laurentius* de mirabili strumas sanandi vi solis Galliae regibus christianissimis divinitus concessa. Paris 1609. in opp. omn. Paris 1628. 4. — *J. Brown* de glandulis et strumis. — *S. P. Hilscher* Progr. de cura strumarum contactu regio facta. Jenae 1730.

Pentecostes Rex Galliarum pridie hora vespertina prima Deo reconciliatus et sacra usus synaxi in aede D. Francisco sacra homines morbosos ab Archiatro regio ejusque Collegis in duos ordines ab utroque latere ita collocatos, ut spatio intermedio personae quatuor juxta se invicem una vice transire queant, insimul quoque exploratos, num ex avaritia et studio captandi doni aut dolo et malitia ex aliorum hostium instinctu Regem instrumento quodam aut armis hac ratione insidiose et clanculum laedendi aut occidendi se aegros simulent, satellitibus aliaque cohorte militari stipatus, capite nudatus et facie manibusque singularem prae se ferens pietatem accedit. Adventante vero rege homines morbosi manibus in coelum sublatis in genua devote procumbunt, quos deinde medici a tergis eorum stantes capillis placide prehendunt et versus regem declinant, qui brachio dextro aliquantum exserto et manu in formam crucis posita singulorum frontes tangit, hisce simul prolatis verbis: „Rex tangit te, Deus sanat te, in nomine Patris, Filii et Spiritus sancti.“ Quibus peractis Regis accedentes Eleemosynarii unicuique exhibent munusculum et unum post alium per atrii fores dimittunt. Regi vero exhibetur aqua pro abluendis manibus et actus hic ceremoniis hisce finitur. — In Anglia cura haec sequenti more peragitur: Archiater regius cunctos ad se vocat morbosos, ex quibus re probe explorata strumis seu malo Regio laborantibus certum denominat conclave aut templum, in quo congregentur, ut Regem accederent, qui finita concione cathedrae insidens, a dextris Secretarium tot Angelottos seu nummos aureos vinculo sericeo albo dependentes, quot adstant aegri, manu tenentem, a sinistris vero strumosos admittit, ab Archiatro sufficienter instructos, quomodo terna capitis incurvatione Regiae majestati sint approximaturi. Tum Ecclesiastes versiculum quendam praelegit ex Bibliis ad ceremonias

istas aptum, v. g. ex Marco Cap. 16. v. 18. ubi Christus Apostolis suis promittit aegros ab impositione manuum eorum sanatum iri. Medicus cum quovis strumoso separatim regem accedit, et cum illis procidit in genua. Rex vero manu sua dextra malam aegri sinistram et sinistra dextram tangit, et simul concionator priorem versiculi lectionem repetit ad quemvis actum, Medico non prius surgente, quam aegri cuncti fuerint tacti, quibus peractis Ecclesiastes priores sex versiculos Capitis primi Evangelii S. Johannis praelegit, et si quidam nondum plane fuerint curati, eorum unus post alium denuo ad Regem ducitur, qui ipsemet unius cujusque collo Angelottum appendit, eosque a se dimittit: ubi Regi pro abluitione manuum aqua porrigitur et recitatis precatione Dominica cum collectis actus hicce clauditur. Quidquid vero alii de re hacce sentiant, Regibus hisce solis donum hoc peculiare tribuentes, mihi in imaginatione aegrorum curatio haec, si quae fuit, potissimum consistere videtur, cum et comites Habsburgenses eos a strumis liberasse dicantur, qui potum aquae ab eorum manibus acceperint. Imo quandoque etiam a privatis hominibus strumas, scrophulas atque alios etiam morbos per contactum ablatos fuisse, experientia testatur. Prodigiosum ejusmodi exemplum curationis morborum per contactum recenset *Pechlin* in observat. physico-medicis l. 3. obs. 51. pag. 476. quod merito horribile secretum et rem stupendam nominat, cum omnino inauditum quid sit et dignum admiratione. Nobilis nempe quispiam Hybernus, *Valentin Geatrakes* dictus, solius manus impositione plurimos homines variis morbis laborantes restituebat. In doloribus pertinacibus frictiones iteratas adhibebat, quo modo eos de loco ad locum et tandem ad ipsa corporis extrema derivabat. Vitia oculorum, aurium, coecitatem, surditatem, epilepsiam, febres omnis generis, ischiadicos, paralyticos, hydropem, arthritidem, dolorem

capitis, *strumam,* scrophulas, ulcera inveterata intra duo vel tria horae minuta auferebat. Tumores obstinaces et maturationem detrectantes ad puris naturam admota manu deducebat, ut postea facile consolidarentur. Ipse vero homo ingenuus, pius, familiaris et ab omni fuco et fallacia alienus fuit, qui dotes illas pro dono Dei habebat et temperamenti singularis ingenio adscribebat. Fatigavit autem omnino modus hicce extraordinarius strumas et scrophulas, imo etiam alios morbos curandi per contactum ingenia Medicorum, ut, quid de re tam obscura, quae plurima caligine est obvoluta, dicendum sit, ignorent. Multi ad calorem manus et effluvia ejus balsamica confugiunt; alii effluviis medicatis et salutaribus e regum corporibus temperatis manantibus effectum tribuunt, alii alio modo rei obscurae lucem affundere laborant. Sunt etiam, qui septimo filio matris, quae filiam antea non peperit, hanc virtutem tribuunt, ut solo contactu strumas possit resolvere, si sua saliva eas una humectet, quod tamen, quia naturali praesidio destituitur, merito negligimus, omnes potius hos effectus, si quidem res ex sententia cedit et aegri restituuntur, unicè ab imaginatione aegri deducimus et pro effectu animae habemus, quae humorum motum vitiosum quandoque sine medicamentis corrigit et emendát, in illis potissimum, in quibus fortior imaginandi vis est. Haec enim naturales corporis excretiones moderatur et medicamentorum effectus immutat, ut emeticum loco sudoriferi assumtum quandoque sudorem pellat, ut anodynum ventrem solvat, imaginatione effectum determinante. Nobilis autem Hyberni methodus medendi miraculo propinquior naturae vires omnino superare videtur. — Maxime etiam celebris est curatio strumarum per contactum et frictionem manus cadaveris phthisi praesertim defuncti, quo pacto flaccidas reddi strumas et paulatim evanescere notarunt medici fide

dignissimi. Plurima exempla, et quomodo id fiat, expressa sunt in *Ephem. Germ.* ao I. Dec. 2. obs. XL. et obs. 140. Decur. 2. anni 2. p. 309. *Ledel* in auserl. Abhandl. der Römisch-Kaiserl. Acad. der Naturforscher. XII. Bd. 141. Beobacht.

Sed ad remedia magis adhuc fastidiosa aufugiebant. Dabant enim umbilicum infantis torrefactum, secundina humana, urinam [431]), foedum mulierum profluvium etc. [432]). Sic occurrit hic *Petr. Joh. Fabri* specificum, quod panchym. Lib. V. S. 1. c. 14. de natura apri ita describit: „Cura strumarum pendet ex scrophulis porcorum, quae calcinari possunt, aspergi et unguenta inde parari, quae multum prosunt ad curam horum tumorum, eaque unguenta possunt roborari ol. destill. axung. porci vel ol. stillat. scrophularum porcinarum, quod oleum specificum est contra hujus morbi ferociam.“ *Philippus Grünlingius* med. cons. 2. obs. 23. pro praestantissimo remedio habet, si aeger bibat ex cranio humano sepulti mediante cochleari facto ex stipite hederae arborescentis, et quae *Joh. Agricola* Chirurg. parv. tr. 5. commendat: „Bibe quotidie ex cranio hominis, et inde struma evanescit.“ *Hieronymus Mercurialis* L. I. cap. 5. dicit, experientia comprobatum esse oleum cucum. asinini, si auri instilletur, qua parte est struma, maxime valere ad eam discutiendam vel dissolvendam. *Apulejus* cap. 8. tit. 2. herbam sceleratam commendat tusam et subactam

---

431) *Lentilii* Miscell. med. pract. Ulmae 1698. Tom. I. p. 245. — *Purmann* l. c. 432) *Cajus Plinius Secundus* in histor. natural. lib. XXVIII. c. 7. Sect. 23. p. 458. ex edit. *Joannis Harduini* hoc ipsum tradit his verbis: Multi inesse etiam remedia tanto malo ajunt: leniuntur enim strumae tractatu earum mulierum, quae profluvio tali laborant, et quarum adspectu speculorum fulgor hebetatur,“ ut dictum est lib. VII. Sect. 13. reddi eundem, si eae postea speculi partem aversam contuerentur, credidit *Bythus Dyrrachenus.*

cum fimo porcino, quae strumis imposita intra paucas horas istos tumores discutit. *Plinio* auctore [433]) sylvestris xyris ad strumas sanandas summo cum fructu est adhibenda; praecipitur autem, ut sinistra manu ad hos usus eruatur, colligentesque dicant, cujus hominis utique causa eximant. Scelus herbariorum aperietur in hac mentione: partem ejus servant et quarundam aliarum herbarum sicut plantaginis, et si parum mercedis se tulisse arbitrantur, rursusque opus quaerunt, partem eam, quam servavere, eodem loco infodiunt; credo, ut strumas, quas sanaverint, faciant rebellare. Veteres cochleae [434]) cum testa sua tusae illinuntur, maxime quae frutectis adhaerent. Item cinis [435]) aspidum cum sevo taurino imponitur. Anguinus adeps [436]) mixtus oleo, item anguium cinis ex oleo illitus vel cum cera. Edisse quoque angues [437]), abscissis utrinque extremis artubus, adversus strumas prodest: vel cinerem bibisse in novo fictili ita crematorum, efficacius multo inter duas orbitas occisorum. Et gryllum illinire cum sua terra effossum suadent, item fimum columbarem [438]) per se, vel cum farina hordeacea aut avenacea ex aceto. Talpae cinerem [439]) ex melle illinire, alii jecur ejusdem contritum inter manus illinunt et triduo non abluunt, dextrum quoque pedem ejus remedio esse strumis affirmant, alii

---

433) Lib. XXI. Sect. 83. cap. 20. p. 257. *Dioscorides* Lib. IV, cap. 22. 434) *C. Plinius* lib. XXX. cap. V. Sect. 12. p. 527. *Plinius Valerius* lib. III. cap. 29. Strumis profligandis. Cochleae cum suis textis tusae ad hoc faciunt optime quae salicibus adhaerent. 435) *C. Plin.* l. c. *Plinius Valer.* loc. cit. 436) *C. Pl.* l. c. *Plin. Valer.* l. c. 437) *C. Pl.* l. c. *Plinius Valer.* l. c. 438) *C. Plin.* l. c. idem medicamentum et ad parotidas adhibitum est. Sic quoque *Plinius Valer.* lib. III. cap. 29. 439) *C. Pl.* l. c. *Sextus Platonicus* cap. 22. de talpa tit. 2. — *Marcellus Empir.* ad verbum cap. 15. pag. 109. et *Plinius Va-*

praecidunt caput [440]) et cum terra a talpis excitata tusum digerunt in pastillos pyxide stannea, et utuntur ad omnia, quae in cervice intumescunt, vescique suilla tunc vetant. Tauri vocantur scarabaei terrestres, ricino similes, nomen cornicula dedere, alii pediculos terrae vocant. Ab his quoque terram egestam illinunt strumis et similibus vitiis. Triduo non abluunt, prodestque haec medicina in annum; omniaque his adscribunt, quae nos in gryllis retulimus. Quidam et a formicis [441]) terra egesta sic utuntur. Alii viperam circa Canis ortum circumcidunt, dein mediam comburunt, dein cinerem eum dant bibendum ter septenis diebus, quantum prehenditur ternis digitis: sic strumis medentur. *Myrepso* auctore [442]) serpentem mortuam conjectam in ollam novam et gypso probe oblitam conjice in caminum, ut comburatur, dein cinerem ejus misceto cum aequali foenu graeci portione melleque Attico exceptum probeque confectum illinito. *Marcellus* denique [443]) carmen singulare ad strumas feliciter discutiendas commemorat, faciamus eum ipsum loquentem: „Albula glandula, nec doleas, nec noceas, nec paniculas facias, sed liquescas tanquam sal in aqua: hoc ter novies dicens, spues ad terram et glandulas ipsas cum pollice et digito medicinali perduces, dum carmen dicis: sed ante solis ortum et post occasum facies id, prout dies aut nox minuetur: si nox, ad vesperam, et digito medicinali ac pollice continens eas dices: Novem glandulae sorores, quatuor glandulae sorores, tres glandulae sorores,; duae glan-

---

*lerius* l. c. 440) *Plinius Valerius* l. c. et *Marcellus* Cap. 15. p. 108. 441) *C. Pl.* l. c. Hoc remedium ad scabiem pruritumque retulit *Q. Serenus* cap. 7. p. 128. 442) Vid. edit. *Henrici Stephani* de medicae artis principibus post *Hippocratem* et *Galenum*, Anno 1567. Vol. II. cap. X. Sect. XXXXVI. p. 825. 443) De medicament. liber. in ead. edit. cap. XV. pag. 308.

dulae sorores, una glandula soror, novem fiunt glandulae, octo fiunt glandulae, septem fiunt glandulae, quatuor fiunt glandulae, tres fiunt glandulae, duae fiunt glandulae, una fit glandula, nulla fit glandula."

Recensenda sunt quoque *Amuleta* a practicis laudata, ne aliquid omisisse videamur, licet nimium iisdem non tribuamus. Talia sunt radix scrophulariae recens luna decrescente effossa et nodis imparibus praedita, ac mediante filo de collo suspensa, quam efficacissimam *Wedelius* celebrat. Alii radicem plantaginis, verbenae, eryngii, agrimoniae, item acetosae de collo suspendunt, alii primulam veris ac fabariam ventri tantum imponunt; alii ranulam viridem pridie novilunio occisam et laceratam vel saltem cor eorum de collo suspendunt. Alii ranam vivam strumis superimponunt, usque moriatur, mortuum deinde foco suspendunt et siccant, ubi strumae etiam dicuntur siccessere. *Cardanus* saltem pedes rubetae, ab eadem vivente, luna vacua, dum ad conjunctionem properat, abscissos, et de collo suspensos laudat. Auctore *Patre Capuccino Gallo* bufo per 40. dies caseo putrido et olea olivarum nutritus et in unguentum redactus optime conducit tunicis illitus. Alii summis encomiis extollunt funiculum, quo quidam suspensus fuit, et globulum plumbeum, quo cervus ictus et occisus est, si e collo suspendantur et loco pentaculi gerantur. Multa alia de amuletis habet *C. Plinius*, quae in hocce capitulo sunt enumeranda: sideritis [444]) lata folia clavo sinistra manu circumfossa adalligantur, custodienda sanatis, ne rursus sata diro herbariorum scelere rebellet, quod in his, quos artemisia sanaverit, praedici reperio: item in his, quos plantago [445]), Condurdum [446]),

444) *C. Plin.* lib. XXVI. c. 5. sect. 12. p. 393. 445) l. c. In iride quoque, ut monuit idem lib. XXI. Sect. 83. sic etiam in ranunculo. 446) *C. Plin.* lib. XXVI. cap. 5. Sect. 14. p. 394.

herba solstitialis flore rubro, suspensa in collo comprimere dicitur strumas. Item verbenaca [447]). Lacertus viridis adalligatur, et post dies triginta oportet alium adalligari. Quidam cor [448]) ejus in argenteo vasculo servant ad foeminarum strumas. Alii vermes terrenos [449]) totidem, quot sint strumae, adalligant, partesque cum his arescunt. Aliqui [450]) circumligant viperas lino, quo praeligata infra caput vipera pependerit, donec exanimaretur. *Nicolao Myrepso* [451]) auctore radicem asphodeli lanae involutam appendito, celeriter enim strumas sanat: item ciclamini [452]) radix collo appensa aegrotantis. *Marcellus* [453]) malvae laudat radicem lino vel lycio trajectam aut arnoglossae, id est plantaginis, radicem similiter collo circumdatam; item strumis optime medetur radix verbenae [454]), si eam transversam reseces extremamque ejus partem laborantis collo subnectas, priorem autem partem in fumo suspendas. Arescente enim ea strumae quoque siccabunt, et omnis earum humor arescet. Quum sanus fuerit, quem curaris, si tibi ingratus exstiterit,

---

Herbariis ad hunc diem haud liquet, quid condurdum sit, ac nihilomagis compertum, eane sit solstitialis herba, cujus meminit in Pseudolo *Plautus* act. I. sc. 1. vers. 36.

Quasi solstitialis herba, paulisper fui,
Repente exortus sum, repentino occidi.

447) *Apulejus* cap. 3. tit. 2. de verbenaca ad strumas: herbae verbenacae radix in collo ligata summe juvat. De plantagine idem *Dioscorides* affirmat lib. 2. cap. 153. 448) *C. Plin.* lib. XXX. cap. V. Sect. 12. p. 527. — *Marcellus Empir.* cap. 15. pag. 107. Contra strumas et foeminis et maribus utilissimum est, si cor lacertae viridis lupino argenteo clausum in collo suspensum semper habeant. 449) l. c. *Plin. Valer.* lib. III. cap. 29. ad verbum. 450) l. c. *Plin.* loc. cit. totidem verbis: Et huc pertinet, quod habet *Marcellus Empir.* cap. XV. p. 108. 451) Edit. *Henr. Stephan.* cit. cap. CLXXIII. sect. XXXVII. p. 773. Vol. II. 452) cap. VII. sect. 46. pag. 824. Vol. II. 453) l. c. p. 305. cap. XV. Vol. I. 454) eod. loc. p. 307. A. B.

utramque partem in aquam conjicito, strumae renascentur. *Scribonio Largo*[455]) auctore melius quam radix cucumeris faciunt ad strumas sanandas marini lepores oleo vetere necati in plumbea pyxide inclusi, quam diebus quadraginta diligenter alligatam oportet habere, postea ex ea pinna oblinendae sunt strumae, superque eas pellis lanata non nimium tonsa tegendi gratia imponenda est. — Horum tamen omnium efficaciam nondum exploravimus, qui nobis persuadere non possumus, ut multa ab iis exspectemus, cum internorum vires potiores agnoscamus et externa, quod concernit, fore saltem in emollientibus et discutientibus acquiescamus. Posse tamen quandoque haec quoque externa facere officium non omnino negamus, si aeger magnam spem ponat in remedium et qui antea in moerore versabatur propter labem, animum spe valetudinis lactet et ab omni cura liber vitam transigat. Animo enim existente libero, humores corporis nostri naturalem motuum typum exactius repetunt, quod optime noverunt, qui, quantum animae jus sit in corpus nostrum, probe intelligunt.

σὺ δὲ
*Τὰ μηδὲν ὠφελοῦντα μὴ πόνει μάτην.*
(Aeschylus in Prometh.)

455) de compos. med. lib. cap. 20. pag. 206. B. C.

# CAPUT II.

## De strumae cura prophylactica.

*Leviore medicina est imminens adhuc restinguenda mali vis: vehementius contra inveterata pugnandum est.*

(Seneca 1. ad Marciam.)

§. 53.

Cura prophylactica ab evitatione omnium earum causarum pendet, quae morbo occasionem praebere valent. Eam fere unice ad strumam endemiam applicari posse, facile quisque videbit. *Clar.* quidem *Foderé* haec scribit [456]): „A quibusdam inde annis et strumosorum numerus ac eorum, qui Crétins vocantur, apud nos mirum sane in modum imminutus est. Si diligenter investigamus causam, natura ipsa ad res nos ducet,

456) l. c. p. 190. sqq. The American medical Recorder, contucted by several respectable Physicians of Philadelphia Vol. I. S. 604. 1819. Siehe Hallesche allgemeine Litteraturzeitung No. 292. pag. 586. 1820. Unter no. 2. Beobachtung über den Kropf von *James Mease* M. D. Das Resultat der Untersuchungen des Verfassers ist, dass das Uebel hauptsächlich durch die Beschaffenheit der Luft begründet werde, und wenigstens in America verhältnissmässig mit dem stärkern Anbau des Landes abnehme.

quae arcte cum causa strumae a me prolata conjunctae sunt. Valles nostrae aquae undique irruenti receptaculo inserviunt, unde plures, quam alibi, paludes oriri debent; flumina aggere non cincta alveumque transgredientia undique easdem efficiebant, domicilia et cubicula parva et humida viaeque publicae semper sordidae erant etc. A quo autem tempore paludes exsiccatae, flumina aggere cincta, sylvae densae, quarum arbores aërem pessimis rebus impraegnabant, amputatae, publicae viae et domicilia meliora reddita sunt, clima nostrum valde est emendatum et morbi isti quam maxime imminuti; qui, si hoc modo pergatur, plane tandem exstirpari possint. Cum quibus tamen meliorem infantum educationem conjungere necesse est. Omnes in montibus educari, ibique ad octavum usque annum saltem remanere debent. Vestitus eorum sit mundus ac siccus, praecipue caute instituatur nutritio. Vinum in juventute iis non detur, quia sanguinis motus excitat, vasaque relaxat, simulac tempus, quo vinum vim suam exhibet, praeteriit; idoneae corporis motioni prospiciendum, sive frictionibus cum panno balsamato consulendum: balneis frigidis saepe utendum, alimenta admodum nutrientia praebenda; iidem desuescendi ab oneribus vires eorum superantibus, mature portandis; nec ad matrimonium celeriter admittendi nec conjungendi Crétins et strumosi cum foeminis iisdem morbis laborantibus, tandem ingenium eorum utili cognitione informandum atque augendum. Alii vero ad strumam dispositi, aut initium tumoris jam sentientes caveant a clamoribus, a risu ingenti, cantando etc. [457]) *Meyero* [458]) auctore prima sit sollicitudo, collum debite fovere, ne fortasse frigore novico iterato inflammetur; hinc obdu-

457) *Brouzet.* l. c. p. 276. 458) Diss. cit. p. 20.

catur collum salubriter panno láneo, hoc modo non tantum debito calore gaudebit collum, verum etiam per módicum lanae irritamentum et levem frictionem in cute resorptio lymphae promovebitur; caveat autem aeger quam solertissime a flatu venti semper valde pernicioso, hic vero inter montes adhibita etiam omni diligentia vix ac ne vix quidem vitabitur; hinc consultissimum est, ut aegri potius solum mutent et in planitiem descendant. Quod si glandula thyreoidea adhuc inflammata esset, cognoscitur hoc ex dolore obtuso, hirudines et quidem ad locum, in quo est sensus doloris, aptissime applicentur, nam his inflammatio tam cito quam fieri potest, abigitur et diffusio lymphae in telam cellulosam impeditur. Struma adhuc plane recens disparet nonnunquam, postquam inflammatio aptis curata est remediis et quidem ita, ut nec infrictione cujuspiam linimenti volatilis opus sit. Hucusque ille. — Postremo adhuc loco expositionem ab *Iphofenio* perbelle factam apponam, qui ita scriptum reliquit:

### §. 176. Prophylactisches Verfahren gegen endemisch - herrschende Kröpfe.

In dem vorausgegangenen Theile sind theils weiche Wässer, theils eine nicht gut und electrische Luft, theils auch beide Dinge zugleich die Ursache dieses Uebels genannt worden. Wenn also gegen dasselbe an seinem Orte prophylactisch verfahren werden soll, so hat man erst zu untersuchen, welche von den genannten Ursachen die herrschende sey.

Wenn es weiche Wässer sind, so ist den daraus entstehenden Kröpfen am leichtesten zu begegnen, denn es giebt gewiss höchst wenig Gegenden und Plätze; wo man auf ein einziges Wasser beschränkt ist; wenn man aber das bessere nicht so nahe hat, als das schlechte, so darf wohl nicht erst die Frage seyn: ob es besser sey, dieses letztere mit einigen Kosten und Mühe

herbeizuschaffen, oder ob man die Uebel und Beschwerden des erstern lieber ertragen möchte?

Wo aber eine ganze Gegend durchgehends kein gutes Wasser hat, da muss der Mensch das schlechtere verbessern. Dies geschieht auf zweierlei Weise, entweder im Kleinen nach *Bergmann's*[459]) Anweisung, oder im Grössern mittelst rohen Kalksteins.

§. 177) Von der Verbesserung eines weichen Wassers mittelst Kalkstein.

Die Verbesserung eines weichen Wassers ist auf mannigfaltige Weise schon versucht worden; theils durch Aufkochen, theils durch Zumischung verschiedener Ingredienzien, als Wein, Brandtwein, Zucker, bitterer Dinge, und endlich auch mittelst Filtriren durch Kohlenstaub oder Kiesel. Keines dieser Dinge kann ein weiches Wasser verbessern, denn zu diesem Behufe muss man es mit Kohlensäure schwängern, dies geschieht aber durch keine der genannten Dinge, und am wenigsten durch Aufkochen desselben, denn dadurch wird es des geringern Antheils, den es an dieser Säure haben kann, selbst verlustig. Dieser Rath ist also der thörigste.

Einfach ist die Weise, und allgemein genug sind die Materialien verbreitet, durch welche die Natur die Wässer mit Kohlensäure schwängert, die ganze Anstalt besteht darin, dass die Wässer mit solchen Körpern in Berührung kommen, welche Kohlensäure oder kohlensaure Luft enthalten; auf diese Weise werden die Quellen, welche aus Dammerde entspringen, kohlengesäuert, und andere Wasser werden kohlensauer, indem sie mit Kalkkiesen, Kalksteinflötzen oder andern Steinen und Erden, welche Kohlensäure enthalten, in Berührung kommen. Diese Betrachtungen führen auf

---

459) Dessen kleine phys. chem. Werke, 1r Band 2te Abth. S. 325.

die Idee, durch Menschenhände die Ursachen mit einander zu vereinigen, welche anderwärts die Natur selbst vereinigt, um ebenfalls zu den Zwecken zu gelangen, zu welchen sie durch jene Vereinigung gelangt, und diese Ideen veranlassten mich zu folgenden Versuchen.

## Erster Versuch.

Eine gläserne Kannenflasche ward mit bläulichem, festem, gröblich gestossenem Kalkstein angefüllt, und so viel destillirtes Wasser hinzugethan, als die Zwischenräume aufnahmen; auf diese Weise kommen 44 Unzen Kalkstein und 8 Unzen Wasser mit einander in Verbindung. Nachdem dieses Gemenge 24 Stunden gestanden, und binnen dieser Zeit mehreremale geschüttelt worden war, so ward das Wasser untersucht. Nach gehöriger Decandation war das Wasser vollkommen helle, der Geruch war erdig und kalksteinartig, eben so auch der Geschmack, welcher aber übrigens mehr erfrischend als fade war.

## Untersuchung mit Reagentien.

Das Chamäleon ward davon zwar nicht gleich, jedoch sehr bald und höher roth, als vom Leubnitzer Wasser, mit welchem das Chamäleon geschwinder roth ward, aber doch mehr violetten Schein behielt. Ferner ward die Farbe des Chamäleon durch jenes Wasser auch weit eher gänzlich zerstört, als durch das Leubnitzer Wasser, Kalkwasser ward dadurch sehr wenig getrübt, von dem Leubnitzer Wasser hingegen sehr stark. Jener Versuch mit dem Chamäleon zeigte deutlich, dass das auf Kalkstein gestandene Wasser säuerlich geworden war; der Versuch mit dem Kalkwasser bewies aber, dass es weniger Kohlensäure enthalte, als das Leubnitzer Wasser; die höhere Röthe, welche es dem Chamäleon ertheilte, musste also durch

eine Mineralsäure oder durch hepatisches Gas bewirkt worden seyn. Vom hepatischen Gas war das Wasser frey, das bewiess der Geruch, und dies zeigten die Reagentien; aber es enthielt Schwefelsäure, denn mit einer verdünnten Auflösung der Schwererde in Salpetersäure ward es sogleich trüber als das Leubnitzer Wasser.

### Zweiter Versuch.

Mit den Resultaten dieses erstern Versuchs nicht zufrieden, wurden nochmals 44 Unzen gröblich zerstossener Kalkstein mit 8 Unzen destillirten Wassers digerirt, und zwar diesmal 48 Stunden, aber auch dieser Versuch liess die Erwartungen unbefriedigt.

### Dritter Versuch.

Um noch zweckmässiger und mit der Natur übereinstimmender zu verfahren, liess ich das Wasser in dem fliessenden Zustande auf den Kalkstein wirken. Ein Glas-Cylinder, welcher 26 Zoll in der Länge und einen halben Zoll im Durchmesser hatte, ward mit etwas feinem zerstossenen Kalkstein angefüllt. Die eine Oeffnung des Cylinders ward mit doppelter feiner Leinwand verbunden, die andere blieb zum Aufgiessen des destillirten Wassers offen; dieser Theil des Cylinders blieb der obere, jener der untere. Das oben aufgegossene Wasser musste auf diese Weise durch den ganzen Gehalt des Cylinders sich hindurch filtriren, ehe es am Ende durch die Leinwand hervordrang. Diese Filtration ging sehr langsam von Statten, sechs Stunden Zeit brauchte es, ehe sich eine Unze Wasser sammelte. Das auf diese bezeichnete Weise erlangte Wasser ward bald hinlänglich klar, seiner Farbe nach hatte es einen gelblichen Schein; der Geruch war kalksteinartig, eben so auch der Geschmack, der übrigens aber auch sehr deutlich säuerlich erfrischend war. Bei der

Prüfung mit Reagentien verhielt sich dieses Wasser wie jenes des ersten Versuchs, jedoch war es noch reichhaltiger an Säure, welche aber ebenfalls mehr in Schwefelsäure als in Kohlensäure bestand. Bei länger fortgesetzter Filtration ward dieses Wasser an Farbe und Geschmack aber immer reiner, an Kohlensäure aber immer reichhaltiger, an Schwefelsäure hingegen immer ärmer.

§. 178. Aus obigen Ursachen folgt, dass durch eine mittelst Menschenhänden veranstaltete Vereinigung matter Wässer mit Kalkstein eben die Zwecke erreicht werden, welche die Natur auf demselben Wege bewirkt, dass sie nämlich kohlengesäuert werden, wie ein zum diätetischen Bedarf dienendes Wasser es seyn muss. Ferner dass ein auf obige Weise mit Kohlensäure geschwängertes Wasser an seinen übrigen Qualitäten von dem gar nicht verschieden ist, wie es in der Natur unter ähnlichen Verhältnissen sich bildet; denn jene gelbliche Farbe, der erdige Geruch, Geschmack und die vorstechende Schwefelsäure, alle diese nicht entsprechenden Erscheinungen verschwanden, als die Filtration des Wassers durch denselben Stein einige Tage hintereinander fortgesetzt wurde. Jene Versuche zeigen aber auch, dass es nicht genug sey, ein mattes Wasser mit Kalkstein in Berührung zu bringen, und es mit Kohlensäure zu schwängern; die Weise, wie dieses geschieht, muss derjenigen möglichst gleich seyn, durch welche die Natur zu diesem Zwecke gelangt: das Wasser muss nämlich als ein lebendiges Wasser den Kalkstein durchdringen, und muss lange genug mit ihm in Berührung seyn. Ein Brunnenwasser wird also unvollkommener zu verbessern seyn, als ein Röhrenwasser, und von diesem letzteren dasjenige am vollkommensten, zu dessen Verbesserung die vorausgesetzten Bedingungen am vollkommensten sich vereinigen. Wie jene Vereinigung matter Wässer mit

Kalkstein im Grossen am zweckmässigsten zu bewerkstelligen sey, ob mittelst der Röhrenlager, oder ob mittelst Trögen von Kalkstein und mit diesem Steine angefüllt, oder wie sonst, darüber rathe die Technik. Auf Schiffen, wo der Mangel an gutem Wasser so oft eintritt, und eben so oft mit so mannigfaltigen bösen Folgen für die ganze Equipage begleitet ist, da bedarf es zu Abstellung dieses Mangels weiter nichts, als dass ein Schiff, wenn es unter Segel geht, einige oder mehrere Tonnen guten rohen Kalkstein mit sich nehme, im Fall der Noth diesen in kleine Stücke zerschlage, eine leere Tonne damit anfülle, und in eine zweite untergesetzte Tonne das durch die obere geläuterte Wasser laufen lasse. Wo die erste Verbesserung eines weichen Wassers im Grossen nicht ausführbar ist, da ist eine Läuterung wie diese, selbst für eine Haushaltung zureichend.

§. 179. *Bergmann's* Methode Wasser mit Kohlensäure zu schwängern.

Gepülverte Kreide wird mit Wasser vermischt, und in diese Mischung verdünnte Schwefelsäure allmählich gegossen. Die Luft, welche sich bei dieser Vereinigung entwickelt, wird dann mittelst einer Röhre in das Wasser geleitet, welches man damit schwängern will. Auf diese Weise lehrte *Bergmann* stark kohlengesäuerte Wässer bereiten, aber man kann auf dieselbe Weise auch weiche Wässer in gewöhnlich kohlensaure verwandeln.

§. 180. Von gegohrnen Getränken.

Ueberall, wo das Wasser weich ist, da ist es besser, Bier, Halbbier und was sonst Aehnlichkeit hat, Cider u. dergl. zum gewöhnlichen Getränke zu wählen, anstatt des weichen Wassers, und das für das Kind und Frauenzimmer eben so wohl als für den Mann: denn diese Dinge enthalten Kohlensäure, welche dem Wasser fehlt, und die übrigen Bestandtheile

derselben; als Zucker, Weingeist und Schleim sind für den Menschen ebenfalls nicht schädlich, nur in Hinsicht der Stärke dieser Getränke muss man auf das Alter, das Geschlecht und die körperliche Constitution des Individuums Rücksicht nehmen.

§. 181. Welches Wasser zum Kochen den Vorzug verdiene?

Destillirtes Wasser hat keine freie Luftsäure in sich; auch wenn es vorher welche enthielte, so wird es derselben während der Destillation doch verlustig. Hieraus kann man schliessen, dass, sofern ein Wasser zum Kochen bestimmt ist, es gleichgültig sey, ob es kohlensaure Luft enthalte oder nicht. Berücksichtigt man aber, dass Fleisch, welches in kohlensaurem Wasser gekocht wird, eine röthliche Farbe bekommt, in weichem Wasser hingegen nicht; dass Hülsenfrüchte in dem ersten Wasser sich weniger weich kochen als in dem letztern, und dass verschiedene Dinge, als Bier, Caffee und mehrere in ihrer Qualität verschieden ausfallen, nach Verschiedenheit des Wassers und zwar besser, wenn sie mit kohlensaurem Wasser bereitet worden sind, so wird man doch bewogen zu glauben, dass die Kohlensäure eines Wassers Verwandtschaft halber auf die Dinge übergehe, und mit denselben sich binde, welche mit einem kohlensauren Wasser in Vermischung kommen und damit gekocht werden. Dass Schwefelsäure eines Wassers die Ursache eines verschiednen Verhaltens seyn könne, würde darum öfters höchst unwahrscheinlich seyn, weil man den Gehalt an dieser Säure in den kohlensauren Wässern so oft höchst geringe findet.

Nach diesen angeführten Gründen wäre es also nicht einerlei, ob die Speisen und Getränke mit kohlensauren oder mit weichen Wässern bereitet werden, sondern das erstere ist dem zweiten auch in diesen Fällen vorzuziehen.

§. 182. Nicht so leicht als in dem erst besprochenen Falle ist endemisch-herrschenden Kröpfen vorzubeugen, wenn die Luft sie hervorbringt, denn des Genusses eines weichen Wassers können wir uns enthalten, des Athmens einer Luft aber nicht, welche uns umgiebt. Wenn man sich aus einer stockenden nicht genug electrischen Luft also nicht entfernen kann; so muss man erstens alles beseitigen, was eine solche Luft noch schlechter machen kann, zweitens, alles thun, wodurch der Köper in den Stand gesetzt wird, den nachtheiligen Wirkungen einer solchen Luft zu widerstehen. Das Erstere geschieht, indem man trockne, geräumige und helle Häuser bewohnt; das Zweite, indem man nahrhafte, leicht verdauliche Speisen geniesst, bei jeder Gelegenheit sich kohlensaurer Wässer bedient, und den Hals stets bedeckt trägt.

§. 183. Von der äussern Bedeckung des Halses.

Die Bedeckung des Halses ist in dreifacher Hinsicht als ein prophylactisches Mittel gegen endemisch-herrschende Kröpfe zu betrachten. Erstens weil der Hals dadurch ausser unmittelbarer Berührung mit einer erschlaffenden Luft gesetzt wird. Zweitens durch eine gelinde Friction, welche sie machen, befördern sie mittelst Hautreiz die Entwickelung derjenigen Ursache, durch welche Contractibilität in der Faser besteht, nämlich die thierisch-electrische Materie. Drittens dienen sie zwischen unsrer uns eigenthümlich umgebenden Luft auch als Isolatorien. Zur Erreichung dieser verschiedenen Zwecke ist es aber nicht gleichgültig von und womit der Hals bedeckt sey. Wenn über den Hals ein Tuch leicht hinhängt, wie z. B. bei den Frauenzimmern, so ist die Hautfläche dadurch sehr unvollkommen mit der äussern Luft ausser Berührung gesetzt; eine solche Bedeckung erzeugt mittelst Friction auch keinen Hautreiz, wirkt zwischen

der thierisch - electrischen Materie und der äussern Luft eben so wenig isolatorisch. Zu diesen Zwecken muss der Hals mit einem zusammengelegten Tuche förmlich umwunden seyn; dieses Tuch muss aus Seide, aus thierischer Wolle oder wenigstens aus Baumwolle bestehen, denn linnene Tücher frottiren weniger und isoliren nicht, sondern sind leitend. Endlich muss diese Bedeckung nicht im Knaben - oder Mannesalter erst beginnen, sondern von zarter Kindheit an.

§. 134. Wo eine stockende Luft und weiches Wasser mit einander in Verbindung zugegen sind, und Kröpfe allgemein herrschend machen, da herrschen diese Kröpfe nicht nur mit einem besondern Character allgemeiner und grösser, sondern auch andere Gebrechen des Körpers und der Gesundheit entstehen mit ihnen zugleich daraus. Um diesem wie jenem Uebel vorzubeugen, ist es in diesen Fällen daher nicht genug, seine Sorgfalt auf Wohnung und Lebensweise allein zu richten, oder auf das Wasser allein, sondern beide Gegenstände müssen daselbst nach den gegebnen Vorschriften beachtet und geordnet werden.

Ausser diesen vorgeschlagenen Dingen giebt es aber noch ein Mittel, welches, wenn es ausser der Auswanderung ein specifisches Phrophylacticum gegen endemisch-herrschende Kröpfe und andere damit in Verbindung vorkommende Uebel giebt, dasselbe gewiss ist, nämlich stark kohlengesäuerte Wässer. Die Kohlensäure, wie sie mittelst Wassers genossen wird, zeigt sich nicht nur in ihrer Wirkungsweise als das vortrefflichste Ergänzungsmittel einer schlechten Luft und eines weichen Wassers, sondern auch in Hinsicht ihrer Bestandtheile scheint sie dieses recht eigentlich zu seyn, denn die Basis der Kohlensäure und der kohlensauren Luft schadet nicht weniger electrische Materie zu seyn, als wie sie es mit grösster Wahrscheinlichkeit von dem Sauerstoffgas oder der Lebensluft ist,

wie also diese in der Vorrede eine durch Wasser modificirte electrische Materie genannt worden ist, so kann jene eine durch Kohlenstoff modificirte electrische Materie genannt werden: denn die ätherische Flüssigkeit, welche die höhern Lufträume einnimmt, und vielleicht grösstentheils electrische Materie ist, auch diese Flüssigkeit hat man kohlensauer gefunden; vulcanische Explosionen sind mit electrischen Erscheinungen begleitet, und mit denen der kohlensauren Luft nicht weniger. Das Blut, die Milch, so wie auch der Urin des lebenden thierischen Körpers sind mit thierisch-elektrischer Materie durchdrungen, und untersucht man die von diesen Flüssigkeiten ausströmenden Theilchen, so findet man sie kohlensauer. Das grössere Gewicht, welches die kohlensaure Luft hat, wie wir sie kennen, kommt wahrscheinlich nicht von dem eigentlichen kohlensauren Stoffe her, sondern von andern aufgenommenen Theilchen; denn die ätherische Flüssigkeit der höhern Regionen ist kohlensauer, und doch noch leichter als die eigentlich atmosphärische Luft. Wiefern die Kohlensäure ihres Wesens und ihrer Wirkungsweise nach, in Verbindung mit Wasser genossen, recht eigentlich das wahre Ergänzungsmittel einer nicht electrischen Luft und eines weichen Wassers ist, sofern sind stark kohlengesäuerte Wässer auch als das zuverlässigste Prophylacticum gegen jene Kröpfe und die andern Uebel vorzuschlagen.

# CAPUT III.

## De strumae cura medica.

### §. 54.

*Ingeniosissimi Vatis aureus vere est versiculus:*

*Principiis obsta, sero medicina paratur,*
*Cum mala per longas invaluerę moras.*

*Ea enim mali natura est, ut inveteratum fiat robustius, eoque in incunabulis et in ortu resecandum, ne longius serpat et pars sincera trahatur.*

Hedenus.

---

Curatio strumae therapeutica vel methodica est vel empirica. Illa instituitur, ubi strumae causae apertae sunt, in eoque consistit, quod hae, si effectum suum in morbum adhuc exercere possint [460]), removeantur. Ita loci et coeli mutatione solummodo struma endemica sanatur; struma vero ex morbo scrofuloso, ex vitiis fluxus menstrui, ex infarctibus aut obstructionibus systematis venae portarum, ex diaeta prava cet. orta sanatur viro scrofuloso extincto, menstruis in ordinem redactis, obstructionibus resolutis, diaeta ameliorata cet. Ubi autem morbi causa vel detegi non potest, vel ejusmodi est, ut non amplius vim in morbum exserere possit, remediis utimur experientia probatis, quae

---

460) *Deidier.* l. c. p. 231.

tam interne quam externe applicantur. Quem ad finem ingens medicamentorum copia semper laudata est, quam consulere non pigeat. Priusquam autem ad enumerationem illorum transeamus, cautiones quasdam praemittere oportet, quas remediorum contra strumam usus requirit:

1) Optimum diaetae regimen, sic ut in aliis affectibus ita in hocce praesenti cum magno aegrorum instituitur emolumento. Quemadmodum enim commissi in diaeta errores saepe affectuum origo sunt, ita optima victus ratio ut plurimum in curatione magnam habet ab utilitate commendationem. Aër ergo sit optimo aethere, serenus, purus, fugiatur pluviosus, crassus, nebulosus, palustris, victus sit eupeptus et attenuans et quidem parcissimus, nam inedia et abstinentia multum ad curandas strumas facit, angue pejus fugiantur cibi crudi et flatulenti [461]), fumo indurati, legumina, brassica et alia digestu difficilia. Nocet et nimia repletio. Assa alimenta potius conducunt, quam frixa; omnia aromatica et aperientia vulgo ita dicta conveniunt. Potus sit vinum medicatum, cerevisia bene cocta, et probe fermentata, aut potus Theae, vel potus aquarum mineralium, quae inprimis in thermis inveniuntur, ut sunt Embsenses, potissimum vero reperta ibidem aqua mineralis in puteo peculiari exsiliens. Conducunt et thermae Wisbadenses et Badenses in Helvetia.

Carolinae in Bohemia ac potissimum Pollyanae [462])

---

461) *Antonius Chalmeteus* enchirid. Chir. c. 12. p. 68. — *Musitanus* l. c. p. 87. — *Vigierus* l. c. pag. 94. — *Arn. de Villanova* l. c. p. 1190. 462) *Joseph Wächter*, Abhandlung über den Gebrauch der vorzüglichsten Bäder und Trinkwässer etc. Wien 1818. p. 116. „Diess eisenhaltige Wasser kommt aus zwei Quellen, ist zwar immer etwas trübe, schmeckt jedoch angenehm-säuerlich. Die Einwohner von Pollyan loben es sehr zur Zertheilung und Heilung der Kröpfe. Zu diesem Zwecke

in Transsylvania. Vitandae vero sunt aquae ob strumas generandas celebres vel suspectae. Motus et quies minime excedant, motus enim nimius nocet, nec non gestatio super caput maximorum onerum, item motus et conatus nimius in partu laborioso. Animi motus temperentur justo rationis freno, omni studio ablegentur tristitia et moeror. Vitetur et locutio plurima et risus immoderatus, ne distendendo vasa et musculi magis dilatentur. Alvus quotidie suo officio respondeat; in reliquis omnis excessus prudenter est evitandus.

2) Auxilium mature ferendum, donec tumor sit recens, mollis et parvus, nec aegrotus aetate admodum provectus; struma enim inveterata, permagna atque dura rarissime curatur. [463]) Jam *Arn. Villanovanus* affirmat e botio laborantibus maxime curari juvenes 25. annorum, vel infra; reliquos vero difficulter malo liberari: Et *Girard*[464]), *Prosser*[465]), *Lentin*[466]) multique alii eo consentiunt. Sed et curatio, optima spe suscepta, saepissime fallit. [467])

3) Ad remediorum vim augendam multi suadent curationem vomitoriis ac purgantibus incipere[468]). Sed idoneum magis esse videtur, imo necessarium, evacuantia interdum remediis contra strumam interponere, quibus materia sensim soluta evacuari possit.[469])

4) Multi medici tam veteres quam recentiores observasse se dicunt, remedia contra strumam Luna de-

---

muss es nicht blos getrunken, sondern auch sein Bodensatz in Gestalt eines Breyumschlags auf die Kropfgeschwulst aufgelegt werden." 463) *Selle* l. c. p. 467. 464) l. c. p. 419. 465) l. c. p. 43. 466) *L. F. B. Lentin* memorabilia circa aërem, vitae genus, sanitatem et morbos Clausthaliensium Götting. 1779. 4. p. 127. 467) *Noël* l. c. p. 102. — *B. Gooch* med. and chir. observations. London p. 134. 468) *Astruc.* l. c. p. 192. 469) *Girard* l. c. p. 422. — *Foderé* l. c. p. p. 65.

crescente majorem exserere vim. Quare hoc tempus non spernendum. [470])

5) Teneat aegrotus omnia medicamenta sub lingua, donec liquescant, tuncque paullatim ea deglutiat [471]). Experientia enim probavit, strumam multo facilius sanari remediis non subito, sed sensim sensimque deglutitis. Credunt enim, ea vasis resorbentibus ex oesophago statim in glandulam thyreoideam inferri. — Remedia contra strumam laudata praecipua haec sunt: *Spongia marina combusta* [472]) jam inde ab antiquissimis quibusque temporibus commendata, cui multi adeo specifici nomen tribuunt. [473]) Primum *Galenici* hujus medicaminis usum asseruerunt, et *Arn. Villanovanus* [474]) primus fuisse videtur, qui publicam ejus mentionem fecit: compositio illius remedii, licet mutata, hucusque in officinis sub nomine *pulv. contra strumas offic.* extat, et optimo saepe successu adhibetur [475]). In ingenti quidem formularum contra strumam copia praecipuum fere ingrediens *spongia marina usta* reperitur. Remedio hoc solo uti possunt aegroti a ℈j. ad ʒβ. bis de die vel pulveris vel boli vel electuarii forma. Cum autem hoc modo ventriculum debilitari videatur, aro-

---

470) *J. B. v. Helmont* Tartarus non in potu; vid. Ej. Ort. Medic. Amst. 1652. 4. p. 202. — *Foderé* l. c. p. 65. 471) *Foderé* l. c. p. 65. — *Brambilla* Reglement für die K. K. Feldchirurgen I. Th. Wien 1789. p. 113. 472) *Aug. Fürchtegott Uhle* diss. pharmacologico-medica de spongia marina. Lips. 1819. 473) *Thilenius* med. und chir. Bemerk. Frankf. 1789. p. 291. Gegen den Kropf hat mich ein mit spong. marin. comb. versetztes Pulver noch nie verlassen, wenn er nicht schon ein halbes Saeculum gedauert hatte. 474) Breviar. Lib. II. cap. 4. in op. omn. Basil. 1785. p. 1190. 475) *Lentin.* l. c. p. 127. „Qui trigesimum suae aetatis annum nondum sunt emensi, infallibili experimento liberabuntur, ubi ter in die minutum cochleare hujus pulveris per mensem adsumserunt etc. “

ma quoddam e. g. Cinnamomum, Eleossacharum Anisi cet. ei addere convenit. [476])

*Galenici* varias spongiae marinae concinnarunt formulas, quarum unam tantummodo in medium adduco, cum non videam, quid inde luminis huic capiti accedat, si omnes recenseam. Contenti simus sequenti enumeratione:

℞. Conserv. majoran.
— — rosar. sing. ℥vj.
Cort. citr. condit. ℥ß.
pulv. rad. scrophular. ʒiij.
— spongiae combust. ʒjv.
oss. sepiae ʒj.
cinnamom. ℈ij.
Zingib.
sem. sinap sing. ʒß.

M. cum s. q. syrup. heder. terrestr., redigantur in formam Electuarii, de quo singulis vespertinis et matutinis horis ʒij. assumantur.

*Paracelsus* ejusque asseclae adducunt propter signaturam spongiam marinam ejusque lapides, it. lapides pumicis et quamcunque spongiam arboribus adhaerentem. — *Joh. Agricola* lib. citat. cap. de strum. laudat spongiam marinam betulae vino vel infundendam vel incoquendam, ut deinde vinum aegrotus quotidie bibat, et promittit brevi temporis spatio strumarum absumtionem. — *Helmontius* ad strumam abigendam depraedicat cum aliis pulverem ex spongiis marinis vel fungo cynosbati in olla combustis, vel sequentem magis compositam cum triplo sacchari paulatim liquati miscendum, et tempore lunae decrescen-

---

*Galenici* topica quoque remedia ad subsidiarias vocant copias, initio quidem emollientia, vel resolventia, et discutientia, at quando haec nihil praestitura conspiciuntur, ipsa substituunt suppurantia. Ad priora referunt emplastrum de meliloto, oleo chamaemelino malaxatum, emplastrum de mucilag. oleo Irino malaxatum, ceratum de oesypo Phylagrii, Cataplasma ex farina lupinor. amaror. in oxymelite, aut ex fimo bubulo in aceto coctis, vel malagma monomachium sequens ab Actuario commendatum:

℞. Spum. argent. ℔ß.
farin. rad. altheae ℥ix.
sem. malv. sylvest.
foenugr. sing. ℥iij.
lini ℥j.
sertulae campanul.
aneth. sing. ℥ß.
chamaemel. ℥iij.
veratr. candid. ʒiij.
sampsuch. ℥j.
Adip. suill. vetust. ℥iij.
— — anserinae ℥ß.
— — gallinaceae ℥j.
medull. cerv. ℥iij.
cerae ℔ß.
galban.
colophon, sing. ℥ij.
ol. vetust. ℥xv.

Liquentur, quae liquari debent, et arida adjiciantur.

Suppurationem promovent, quando de discussione spes cuncta redditur irrita, cataplasmatis ex farin. rad. althaeae, lil. alb., sem. foenugr., vitell. ovor., butyro et cepis parum assatis, nec prius abscessum aperiunt, quam de contenta materia omnimodo in pus conversa satis sint certi, ne immatura facta apertione et spirituum dissipatione calor nativus ad suppurationem necessarius imminuatur, proinde longo temporis tractu suppurantia apponunt, ut fomes strumosus suppuratione ista penitus exstirpetur. Si nec hoc obtinere queunt, et materia omni emollitioni et suppurationi repugnat, strumam minus profundis pendentibus radicibus, cutis facta incisione, a partibus, quibus attexitur, divellunt, caute tamen animadvertendo, ne aut venas jugulares aut arterias carotidas, aut nervos recurrentes instrumento laedant. Haemorrhagiae instantis periculum avertunt, ipsam strumam post divulsionem acu filum ducente ad basin trajiciendo et filum utrinque arctius revinciendo, ut sic constrictae sensim decidant, et tum vulnus communi ratione denuo occludunt. *Oribasius*[534]) bubulo stercore ex aceto usus est strumas oblinens, laudat etiam bdellium tanquam remedium valenter emollientis et efficacis facultatis, quod saliva jejuna ad emplastri consistentiam subigendam suadet: *Aëtius* ut tutissima[535]) remedia praedicat corticem radicis mandragorae cerato irino exceptum, asinorum ungulas oleo subactas et stercus bubulum, quod cataplasmatis modo imponebat. *Scribonius Largus*[501]) emplastrum incerti coloris, si id quis perseveranter imponat, commendat. *Marcellus*[536]) mirum remedium vocat, quod ex spumae

---

534) De morbo curat. lib. III. cap. X. LIV. ed. cit. vol. I. p. 634. De virtute simplicium medicamentorum lib. II. ad *Eunapium* cap. I. p. 595. 535) Tetr. I. Sect. 2. p. 91. cap. CLVII. Vol. II. ed. cit. vid. etiam cap. CXV. p. 83. 536) De compos. medicam. lib. p. 230. cap. 84. 537) Cap. XV.

argent. p. j. Sal. ammoniaci, galbani et ol. veter. p. ij. conficitur. — *Helmontius* externe sequens adhibere jubet unguentum:

℞. ol. laurin. per pingued. suill.
non adulterat. ℥viij.
oliban.
Mastic.
Gummi Arabic.
Resin. abietin. sing. ℥iij.

M. et per retortam destilletur oleum cum cineribus clavellatis denuo rectificandum.

*Willisius* ad strumam amovendam fortiter discutientia externe commendat, fotum potissimum ex decocto radicis ononid. Irid. urticar. herb. agrimon. puleg. herniar. sem. foeniculi, nuc. cupress. sulphur. et alum. in vino vel lixivio coctis, vel flores salis ammoniaci dissolvit in spiritu frumenti, in quo pannos intingit, et calide eos imponit, aut emplastrum de baccis lauri cum stercoribus, vel ad rupturas. In majori vero malo remedia haec aliaque parum praestitura cum aliis fatetur, unde si tumor nihilominus adimendus sit, ad operationem chirurgicam circumspecte instituendam transitum admittit.

*Sylvius* ad discutiendas strumas non parum subsidii allaturum sperat emplastrum suum carminans ex gummis, opio aliisque paratum, post quod emplastro ad Hernias aliisque subadstringentibus, non contemnendas adscribit vires.

*Cartesiani* emplastrum de ranis magnis extollunt laudibus, etiamsi in totum ob terrestreitatem materiae dissolvi nequeant, ad dolorem tamen mitigandum, et ne tumores increscant, emplastrum hoc profuturum credunt, gummosa vero et calidiora omittenda volunt, ne glandulae nimis irritatae in cancrum transeant, aut partibus subtilioribus violentius discussis reliquiae crassiores scirrhum producant. In principio, ne tumor

incrementum capiat, ferulas aut laminam plumbeam imponunt super emplastrum, et fortius aliquando colligant, observato tamen, ne gula nimium constringatur. Ad sectionem non nimium properant, nisi morbus hic non aliis cedat remediis et exstirpatio tamen ab aegris serio postuletur, tum caute eandem absque nervorum aliorumque vasorum laesione experto Chirurgo permittunt administrandam.

*Medicus Dantiscanus* sequenti modo feliciter instituit curam: interne dedit luna decrescente pulv. spong. marin. combust. et lap. spongiae calcinat. et sequenti liquore illini curavit strumas:

℞. vitrioli ad albed. calcinat. ℔ij.
Impast. cum spirit. vin. ℔ij.
C. C. ust. ℔β.

M. et ex Retort. destill. l. a. rostro add. Camphorae ℥β. dein illini jussit sequenti linimento:

℞. ol. destill. ex lardo porcin.
— laurin. sing. ℥j.
M.

*Dolaeo* auctore inter Topica in principio discutientia sunt adhibenda, et dein ad emollientia accedendum; si vero haec nihil efficiant in strumis, exedentia seu corrodentia usurpanda. Discutientia parantur ex volatilibus, hinc *Barbette* commendat unguentum ex sale volat. quodam cum butyro majali, ut et emplastrum sequens, quae optima sunt:

℞. Gumm. Galban.
— Ammoniac.
— bdell. sing. ℥β.
bacc. laur.
staphyd. agr.
pyrethr.
cumin. sing. ʒvj.
Stercor. columbin. ʒj.
— caprin.

Axung. porci ℥jβ.
ol. chamom. ℥j.
cerae et picis sing. q. s.
M. F. Emplastrum.

Vel:

℞. succ. Raphan.
salis volatil. ʒj.
Sapon. Venet. ℥ij.
Coq. in Unguentum.

Spirituosa vero *Dolaeo* magis placent: ex. gr.

℞. spirit. topic. ʒij.
— ammoniaci ʒj.
M.

Vel sequens, quod experientia viri illius comprobatum est:

℞. spirit. frument. ℔ij.
bacc. Juniper.
— lauri sing. ℥β.
fol. beton.
— serpyll.
flor. lavendulae sing. Pij.
sal. ammon. ʒβ.
tartari ʒj.
lign. guajac.
rad. sarsapar. sing. ʒvj.

Coque in aperto vase, detur pro Epithemate.

Ad fermentationem in succis stagnantibus excitandam, et ad motum materiae latentis incitandum conducet *Dolaeo* etiam duce prae aliis cataplasma sequens vel simile:

℞. hb. scord. absynth. rutae,
cicutae sing. Mj.
stercor. columbin. ℥vj.
sal. tartar. colocynth. sing. ʒvj.
hb. salviae Mj.
sem. bordan. ℥v.

foenicul. ℥jß.
sal. ammon. ʒiij,
extr. rad. bryoniae
sem. cumin. sing. ℥ß.

Add. faecib. vini vel urina f. cataplasma, et quidem bis de die applicandum.

Post applicatum cataplasma struma sequenti illinenda est linimento, quod commendat *Overcamp.*:

℞. ungu. Dialth. ℥j.
ol. succin.
ol. Juniper. sing. ʒjß.
ol. Laurin.
ol. Philosoph.
Spiritus salis ammon. sing. ʒijß. M. D.

Post inunctionem applicari potest seq. Emplastrum:

℞. Empl. melilot.
— diachyl.
gumm. galban. sing. ℥ß.
— labdan. ℥jß.
pulv. myrrhae
— aloës sing. ℥ß.
macis caryoph. sing. ʒij.
sem. cumin. R. salv. sing. ℥j.
Tinct. labdan. ℥ß.
styrac. liquid. ʒij.
sal. volat. C. C. ʒvj.
ol. macis still. ʒiij.

M. F. Ceratum.

*Scultetus* laudat oleum lacertarum, *Dolaeus* viperinum, quo multum praestitit. Sic et pinguedo viperina in strumis incipientibus egregia medicina est, earumque incrementum praecavet. Inter resolventia et numerari potest tanquam egregium remedium sal volat. lap. spongiae in liquorem arte chemica redactum et externe illitum. Item sequens illinatur saepius:

℞. spirit. vin. camphor. ℥ij.
tinct. antimon. ʒj. M.

Optime resolventia *Dolaeo* auctore cum maturantibus et emollientibus adhibentur, in quem finem conducunt gumm. Ammon. Galban. opopon. etc. Sic et oleum irinum, liq. terr. fol. et ol. tartari per deliquium, item *Helmontii* efficacissima sunt in resolvendis strumis. Spiritus convulsivus n. d. etiam conducit saepe strumis illitus. Conveniunt quoque pro resolvendis his tumoribus strumosis omnivaria mercurialia, et emplastrum illud in tumoribus discutiendis adeo famosum *Vigonis* de ranis cum mercurio, nec non amalgama mercuriale, ex quo et cum quo emplastra parata sunt proficua; item sequens *Dolaei* experientia optimum est:

℞. succ. rut.
— sabin. sing. ʒvj.
— squill. ℥β.
aqu. vit. ʒij.
ol. lilior. alb.
— rutae sing. ℥j.
— castor. ʒij.
salis ammon. ʒiij.
sulph. viv.
lapid. pumic.
Nuc. cupress.
aristol. rot. sing. ʒβ.
euphorb. ℈β.
cer. citr. q. s. F. linimentum.

Coque ad succ. consumtionem add. bdell. in acet. dissolut. ʒij.

Sequens *Ettmülleri* mercuriale non contemnendi erit usus:

℞. empl. diachyl. cum mucilag. ℥j.
mercurii vivi saliva exstincti ℥j. M.

Exterius *Heinsio* [538]) auctore specialiter conveniunt discutientia et resolventia materiam pituitosam v. g. ol. laurin. sabin. cerae, sapon. Venet. scorpion. [539]) lactis petroleum, emplastrum saturninum *Myns.* de ranis *Vigon.* c. mercurio, de bacc. laur. magnet. *A. Salae* ob resolvendi et evocandi virtutem, vid. *Wedel.* pharm. in art. form. redact. p. 101. Ubi quoque dolor simul adest, jubet *Barbett.* part. 2. lib. 1. c. X. chirurg. addere emplastro opium ad ℥j. ob vim resolvendi et dolorem sedandi. Si vero his dissipari renuit struma, ad suppurationem est deducenda, quod fit galbano, emplastro diach. cum gummatibus et aliis ex suis loculis huc referendis.

Sic a *Langio* [540]) praescribuntur emplastra ex gumm. ammoniaco, bdellio, galbano, sagapeno, opoponace, caranna, elemi etc. parata, ut diachylon cum gummatibus, de cicuta, galbano, de ammoniaco, oxycroceum, cera catholica *Burrhi*, et quod instar omnium est, Emplastrum de ranis Vigonis cum mercurio, quod in omnibus fere tumoribus duris convenit, et eos maxime resolvit, inprimis si cum quadruplo mercurii misceatur, ob quam causam quidam forte sibi persuadent, strumas ut luem veneream esse tractandas; potest etiam aliud parari ex emplastro de meliloto cum Gumm. Galbano, Ladan., ammoniac. spermat. cet.,

---

538) *Jo. Michael Heinsii* diss. inaug. med. de strumis. Jenae 1687. 539) Vid. etiam *Joann. Mittermayeri* diss. de strumis ac scrophulis Bünsgensium. Jenae 1723. p. 20. — *Joh. Zacharias Platner* gründliche Einleitung in die Chirurgie. Leipzig 1770. p. 223. *Platner* sah, dass ein Chirurgus das oleum scorpionum äusserlich bei Kröpfen mit gutem Erfolg gebraucht hat. Es sind ihm ferner zwei Exempel bekannt, da nach dessen Gebrauch die Leute sind elend geworden, und haben mit Mühe durch Milch und andere Curen können wieder hergestellt werden. 540) *Christ. Gottl. Lange* diss. de strumis et scrophulis. Vitembergae 1707. p. 25—28.

sale volatili, cornu cervi, cineribus fagi, mercurio vivo, oleo Philosoph., rorismar., etc. Reliqua emplastra ex radice bryoniae, cyclaminis, cucumer. agr., alth., lili. alb. in vino coctis, et g. ammoniaco, ladan., bdellio, styrace, opoponace in oleo sesami solutis, cum stercore columbarum et caprino et pice navali, item ex cineribus *Deckeri* minus sunt efficacia, et experientia sufficienti destituuntur.

Quia vero Cataplasmata medico hocce auctore emplastra saepe superant in vi emolliente, ideo haec quoque non sunt negligenda. Parantur ea ex radice bryoniae, allio, scrophularia, cucumer. asin., caepis, pasculis, ficubus cum farin. sem. lin., melle, etc. quibus nonnulli stercora inprimis columbarum addunt, licet impura talia non omnibus arrideant, quo nomine etiam *Solingii* cataplasma, quod p. 165. im Handgriff der Wundarznei recenset, et in se ipso cum fructu adhibuit. *Sennerti* vero et *Hollerii* cataplasma ex foliis cupressi [541]) pulverisatis, in vino rubro coctis, et *Joelis* op. med. T. 2. lib. 2. §. 8. ex radice filicis, asplenii, ebuli in vino coctis cum sulphure, cineribus cochlearum et pauco melle ac aceto nondum probavit *Langius*.

Interdum etiam unguenta *Langio* duce cum successu illinuntur, inprimis cum calida non commode sola, sed potius cum emollientibus interpolata sint imponenda, ne tenuioribus partibus discussis crassiores magis indurescant. Tale vero est *Zacut. Lusitani* ex radice bryoniae in oleo olivarum cocta cum terebinthina et cera, quod auctor mire commendat, et nunquam se fefellisse putat. Alii parant unguentum ex radice scrophulariae in autumno effossa cum butyro recenti contusa. Tale etiam est unguentum Helmontii contra strumas, quod habet tractatu: Tartarus non in

---

541) Vid. etiam *Hufelands* pract. Journal 9ter Bd. 4tes Stück.

potu §. 17. et jam supra laudatum est. Simile habet *Langius* in epist. p. 987., qui tamen oleum philosophorum, terebinthinam et sal cerri addit. Alii unguenta haec conficiunt ex oleo succini, juniperi, myrtino, lauri, spiritu salis ammoniaci, sapone nigro, pinguedine viperarum, oleo tartari et similibus. Optima vero unguenta et linimenta sunt *Langio* auctore mercurialia ex unguento enulato cum mercurio, dialth., basilico etc., cum oleo succini, mercurio et similibus parata. Mercurialia tamen parcius sunt illinenda, ne salivatio exinde oriatur, quae non aeque semper est necessaria et aegris quoque non semper arridet.

Sunt etiam, qui *Langio* auctore fotus laudant ex radicibus, herbis et aliis supra laudatis; inprimis ex porro cum foliis et radice oxylapathi, pyrethro et viridi aeris in vino coctis. [542]) Inter optimos vero fotus referenda est spongia spiritu salis ammoniaci et essentia camphorae impraegnata et imposita, quae potenter discutiunt atque resolvunt. Monent vero communiter Practici circa externa remedia, quod ante applicationem tumor, si non malignus fuerit, ad rubedinem sit fricandus, quod *Langius* non improbat, cum pori hoc modo aperiantur, et topica promtius penetrent, et lympham stagnantem discutiant.

Emplastrum praestantissimum ad strumas emolliendas *Mittermayero* auctore diss. cit. p. 20—21. habet *Joh. Vigierius* armament. chir. Lib. 2. cap. 15. ℞. succ. nicotian. maj. ℔β. succ. absinth. pontici maj. ℥iij. ol. Hyperici, irin. sing. ℥jβ. absinth. pont. maj. prunell. scrophular. sing. Mj. vin. alb. ℥jβ. M. Bulliant

542) *Anton. Marc. Venustus* cons. med. p. 80. de strumis saepe expertus est hoc mirabile remedium: ℞. Porri cum foliis lapathi acuti sing. ℥ij. pulv. pyrethri ℥ij. virid. aeris ℈j. M. contunde et bis quotidie fove locum.

ad vini et succi ferme consumtion. in vase aeneo semper agitando; hinc exprimantur. Tunc Rec. Cerae flavae ℥jv. adip. hirci, terebinth. sing. ℥ij. thuris pulv. Myrrhae sing. ℥j. F. emplastrum, strumas et omnes tumores frigidos potenter resolvit. *Theod. Mayerne* suadet Emplastrum sequens plurimum valens: ℞. Mass. Empl. diachyl. ireati et de muciiag. sing. ℥iij. Empl. de ranis c. quadruplicato mercurio ℥ij. cinnab. subtiliss. pulverisat. mercur. dulc. sing. ℥β. pulv. subtiliss. rad. bryoniae et sigill. B. Mariae sing. ʒiij. camphor. ʒj. M. et cum s. q. balsam. peruv. f. emplastrum, cujus portio extendatur in aluta molli et strumis applicetur. *Purmannus* [543]) praedicat sequentia emplastra:

℞. empl. de gummat. Sylvii
— diaphor. Myns.
— diasulphuris Rulandi sing. ℥vj.
— oxycrocei
— ad Ruptur. Wurtzii sing. ℥iij.
sal. gemmae
— tartari sing. ℥j.
Flor. salis ammon. ʒijβ.
C. sq. Ol. tartari ad F.

℞. Empl. Diachyl. magn. ℥vj.
— Simpl. ℥jv.
— de ranis cum Mercurio ℥ij.
Cerae ℥viiij.
Resinae ℥iij.
Terebinth. ℥ij.
Gumm. Galban.
— Ammon.
— Opopon.
— Bdellii sing. ℥j.
Pulv. ciner. spongiae

543) *Math. Godofr. Purmanni* grosser und ganz neu gewundener Lorbeerkranz. Frankfurt und Leipzig 1722. p. 262. Vol. I.

Pulv. gallar. quercin.
— oss. sepiae sing. ℨiij.
— salis gemmae
— Pompat.
— Tartari sing. ℨij.
— sem. Nasturtii
— — cumin.
— — staphydis. agriae sing. ℨjß.
ol. Mirtin. ℥ß.
— laurin. ℨij.
M. F. S. Kropf-verzehrendes Pflaster.

Linimentum ex oleo Bufonum quam plurimi experti sunt optime proficuum, cui adderet *Mittermayerus* diss. cit. pag. 20. ol. scorpionum simpl. atque compos. *Matthioli* in hujusmodi tumoribus alias praestantissimum. *Ortolph. Maroldus* pr. med. tit. Strum. hoc praescribit: ℞. succi raphan. sabin. acet. et Smegm. sing. q. s. M. inungatur struma mane et vesperi, et evanescet. Inter unguenta commendat *Purmannus* l. c. p. 263.

℞. ungu. rosat. mes. ℥vj.
Gumm. Ammon.
— Bdellii sing. ℥j.
Sperm. cet. ℨiij.
Sal. Lap. Pompat.
— Ammon. sing. ℥ß.
C. S. q. ol. Bufonum ad U. f.

Haec sunt, quae ex veterum medicorum ac chirurgorum experientia non incongrua visa sunt; cum vero usus istorum remediorum nunc sit obsoletus, res et tempus nos monet, ut vela pandamus atque ea indicemus, unde bonus effectus merito exspectari possit.

Inunctionem olei camphorati profuisse affirmant

*Coppland*[544]), *Unterwood* [545]), *Foderé.* [546]) Uti vero licet linimento volatili cum tanta camphorae copia, quae resolvi in ea possit. Camphora oleo soluta inprimis methodo *Duncan.* (Medic. Commentar. Dec. II. Vol. V. 1791.) laudata sequenti: ℞. camphor. ℥j. spirit. sal. ammon. compos. olei olivarum sing. ℥iij. diu terendo probe misc. ter de die diligenti frictione applicetur. Simile fere est a *Grunero* commendatum medicamentum ex camphor. ʒj. olei amygdalarum dulc. ℥j. spirit. sal. ammoniaci ℥β. et ol. petrae alb. ʒij. constans, quod flanellae illitum tumori imponitur. *Osiander* l. c. linimentum volatile cum et sine camphora adhibuit et quidem maximo cum fructu; praescripsit etiam solutionem gumm. galbani in oleo nucum jugland. Nec inunctio olei chamomillae cocti saepe instituta usu caruit suo[547]). Sic etiam oleum tartari per deliquium.

Fomentum ex aquae ℥iij. tinctur. cantharid. ℥β. et mercurii sublimati gr. X. externe, inprimis noctu, cum felici effectu applicavit *Marx.* (Obs. med. Hannov. 1774. Tom. I.) Fomentationes cum spiritu salis ammoniaci volatili [548]), aut spiritu *Mindereri* [549]) saepe strumam sanarunt. Sic etiam spiritus mastychinus cum alumine et oxymel. squillitico a *Kämpfio* l. c. praedicatur. —

Emplastrorum resolventium ingens copia contra strumam laudatur, e. g. Empl. diachyl. comp. Diabotan. de bacc. lauri cet. [550]) *Willich* Empl. de melilot.

---

544) *Coppland.* tres strumas hoc medicamento curasse affirmat. vid. Med. Comment. Dec. II. Vol. V. p. 380. s. auch Sammlung auserles. Abhandl. zum Gebrauche für pr. A. 14ter Bd. p. 418 — 420. Leipzig 1791. 545) Treatise on the diseases of children, London 1784. p. 145. 546) l. c. p. 66. 547) *James* med. Dict. Tom. I. 548) *Manget* Bibl. med. Tom. I. p. 259. — *Roncalli* l. c. p. 354. 549) *Michaëlis* Nachrichten aus London in *Richter's* Chir. Bibl. 5ter Bd. 1stes Stück p. 127. 550) *Verduc.* l. c. p. 310. — *Dionis* l. c. p. 640. — *Deidier* l. c.

cum gumm. ammon. et extr. cicutae commendat [551]. *Lettsom* emplastrum saponis Par. IV. cum camphora Par. I. tanquam emplastrum praestantissimum ad strumas discutiendas exhibet.[552]) A *Kaempfio* et *Voglero* [553]) laudatur emplastrum diasulphur. *Rulandi* longum per tempus adhibendum. *Osiander*[554]) ad strumarum sanationem nihil adeo commendat quam emplastrum sequens:

℞. empl. de galbano croc.
— de ammoniaco
— diachyl. composit. sing. ℥ß.
— camphorae ℥j. Malax. optime.

*Wylie* [555]) sequens mirifice juvare credit:

℞. Empl. lithargy. ℥ß.
mercur. dulc. ʒj.
tartari stibiati ℈ß.
Fiat lege artis emplastrum.

Sal ammoniacum cum emplastro resolventi *van Gesscher* l. c. I. Decl. 1. St. §. 654. proponit. Commendant denique alii emplastrum ex fermento panis cum spiritu camphorato; vid. *Wolstein* über die Wundarznei der Thiere, Bd. I. Wien 1784.

Inter linimenta alii suadent linimenta ex gumm. ammon. opopon. bdellii cet. in acet. vini solut. [556]), alii saponem nigrum.[557]) Linimentum ex fellis tauri rec. ℥vjß. ol. nucum ʒvij. salis culinar. ʒX. bono cum effe-

551) *Reichardt's* med. Wochenblatt, 1781. 12tes St. Efficax esse emplastrum cicutae testatus est *Gisler* in Königl. Schwedische Academie der Wissensch. Abhandl. aus der Naturlehre etc. l. c. 552) Memoirs of the Medical Society of London institued in the year 1783. Vol. III. XXVII. Medic. chir. Zeitung von *Hartenkeil* und *Mezler* 4ter Bd. 1793. Salzburg p. 318. *Richter's* chir. Bibliothek. 13ter Bd. 1stes Stück pag. 54—55. Zwei Kröpfe heilte *Lettsom* durch Auflegung dieses Pflasters. 553) l. c. 554) l. c. 555) l. c. 556) *M. P.**M.* précis etc. p. 570. — *Bertrandi* l. c. p. 393. 557) *Verduc.* l. c. p. 310.

ctu applicatum est [558]); *Wylie* [559]) sequentem concinnavit formulam:

℞. fellis tauri rec. ℥j.
salis commun. ℥β.
solve in aquae tepid. ℥j.
adde
olei olivar. q. s. ut fiat linimentum.

*Lettsom* l. c. cum commodo applicavit linimentum saponato - camphoratum.

*Osiander* [560]) sequente liquore illini, curavit strumas:

℞. extr. hyosciami ʒβ.
solve
in tinct. cantharid. ʒij.
adde
spir. salis ammon. caust. ℥β.
spir. vini camphor. ℥jβ.

D. S. bis terve in die illini jussit.

*Fischerus* saepe felicem expertus est effectum ex sequenti compositione:

℞. camphorae rasae ʒij.
spirit. c. cervi ust. ʒiij.
ol. hyosciami ℥jβ.

M. D. S. ut supra.

Unguentum digitalis purpureae ex foliorum succo recens expresso cum butyro ad succi consumtionem cocto magnum saepe attulit emolumentum. [561]). Deficiente succo recenti extractum digitalis purpureae cum emplastro de cicuta adhiberi potest. [562])

---

558) Abh. d. K. K. Joseph. Acad. zu Wien. Ir Bd. p. 337. Samml. a. A. für pr. Aerzte. XII. Bd. p. 264. 559) l. c. 560) l. c. 561) *J. Raji* catalog. plantar. Angliae. London 1677. p. 90. — *Thilesius* med. chir. Bemerk. Frankfurt a. Main 1789. Vid. *Richter's* chir. Bibl. 9ter Bd. p. 571. 562) *Quarin* l. c. pag. 120.

*Rustius* [563]) experientia comprobatum habet sequens unguentum:

℞. ungu. nervin.
— mercurialis sing. ℥β.
spir. salis ammon. caust. ʒij.
tinct. thebaicae simpl. ʒjβ.

M. f. ungu. D. S. Ter quotidie infricandum.

*Parentis nostri* experientia strumae sequenti sunt illinendae unguento:

℞. sapon. Venet.
fell. tauri rec. parat. sing. ℥β.
ungu. de althaea ℥ij.
ol. menth. piper. gtt. XII.

M. f. unguentum, sumatur nucis avellanae majoris quantitas mane, meridie et vespera.

Utilitatem etiam habet sal volatile cornu cervi cum unguento althaeae mixtum.

Aqua vegeto mineralis *Goulardi*, vel unguentum ex extracto saturn. Goul. ℥ij. ol. terebinth. ℥j. Axung. leporis ℥jβ. et olei petrae ʒβ. saepius inunctum strumas dissipavit [564]). Inunctionem olei

---

563) l. c. *Rust.* pflegt auch, wenn nur eine einzelne Kropfgeschwulst zugegen ist, eine starke Solution des *tart. emetici* etwa ʒβ. in ℥ij — iij. aq. dest. (ein Mittel, welches er zur Zertheilung einer Kropfgeschwulst nicht genug empfehlen kann) so lange anzuwenden, bis ein blatterartiger Ausschlag den fortgesetzten Gebrauch dieses Reizmittels auf einige Zeit verbietet.

564) Richtiger Gebrauch des Bleiextracts in äusserl. Zufällen etc. Halle 1783. 8. *Richter's* chir. Bibl. VII. Bd. 1stes Stück p. 40. De puella XII. annos nata sero lactis acido cum elixirio *Hoffmanni* atque extracto cicutae et terra foliata tartari brevi tempore sanata legimus in hocce opusculo. Externe applicabantur remedia modo laudata. De foemina quoque narratur, quae caeterum perfecta sanitate gaudens, quum lapidem ponderis enormis elevasset, illico dolores colli percepit, paullo post intumescentiam incipientem subito crescere vidit. Venae sectione

philosophorum vel petrae alb. etiam *Heisterus* suadet. [565])

Spongia, urina tepida imbuta et tumori imposita, spei medicorum saepe satisfecit. [566]) Spongiae ustae part. I. alumin. part. II. rad. dauci far. tritici, milii, piper. et conch. cum vitello ovor. in cataplasma redact. commendat *La Fosse.*

Inter mercurialia praecipuam ante omnia laudem meretur mercurius sublimatus corrosivus, ita quidem, ut mercurii gr. ij—ijβ. in aquae destillatae ℥j. soluta sint; solutio haec leni frictione bis de die applicatur et quam primum cutis ruborem a medicamento contraxit, quod in quibusdam citius, in aliis tardius fieri solet, a frictione abstinendum, locusque aqua frigida aut *Goulardi* fovendus est, donec in naturalem statum in eo loco redierit cutis; plures hoc medicato solo strumas resolutas esse novimus. —

Diuturnus porro electricitatis usus strumas interdum sanavit. [567]) —

Denique *Coindetius* illustris *jodinam* externe etiam adhibendam commendat. vid. Notizen aus dem Gebiete der Natur- und Heilkunde, gesammelt und mitgetheilt von Dr. *L. F. v. Froriep*, Nr IV. August. 1821, sic quoque Dr. *Matthey* usum laudat medicaminis istius externum: vid. *Gilbert's* Annalen der Physik etc. Jahrgang 1821. St. 7. p. 313.

Omnibus hisce remediis tam internis quam externis frustra tentatis, *Chirurgiae* auxilium quaerendum est.

---

facta et repetitis saepe laxativis sub usu horum remediorum externorum sanata fuit. 565) l. c. p. 726. 566) *Th. Lobb* Anleitung zur ausübenden Arzneik. a. d. Engl. Leipzig 1772. p. 557. 567) *Assalini* l. c. p. 56. — *J. R. Deimann* von den guten Wirkungen der Electricität in verschiedenen Krankheiten a. dem Holl. v. *Kühn.* Ir Th. Koppenhagen 1793. p. 292.

# CAPUT IV.

## De strumae cura chirurgica.

*In ipsa desperatione extrema remedia tentanda.*

(SENECA, Ep. 29.)

§. 55.

Non possum mihi temperare, quin sectionibus praegressis tertiam eamque ultimam tandem adjungam, non eo quidem consilio, ut opusculum meum quodammodo voluminosum reddam, idque paginis quasi impleam, sed potius, ut occasioni peropportunae pro viribus meis omnino satisfaciam.

Verum enim vero totus ille medicamentorum tam externorum quam internorum apparatus, quantus quisque sit, quum aliquoties quidem, sed certo non semper tumorem glandulae thyreoideae induratum et inveteratum resolvere possit, in casu tamen pertinacissimo, quando pessimum se habet aegrotus ob respirationem et deglutitionem impeditam, mortem suffocatoriam imminentem, ubi omnia primum auxilia frustra tentata fuerint, quae nobis ars medica suppeditat, ultimum refugium, Chirurgi manus est imploranda, ut tumor auferatur.

Jam vero curatio strumae chirurgica multiplici in-

stitui potest modo. Primo *remediis mechanicis vel derivantibus, strumam minuendo.* Secundo *inflammatione indeque subsecuta suppuratione, strumam consumendo.* Tertio *illam omnino funditus exstirpando.*

Maximis vero incommodis, imo periculo remediorum chirurgicorum applicatio conjuncta esse solet. Inflammatio enim nova saepius tam vehemens est, ut ad laryngem perducatur, aegerque semper in periculo mortis suffocatoriae et apoplecticae versetur. Caeterum profluvium sanguinis ex vasis strumae discissis ortum propter copiam tam arteriarum quam venarum perquam frequentem et propter spatium paullo angustius, intra quod sanguinis fluxus evenit, difficili tantummodo arte sisti eoque aegri vita in discrimen summum committi potest, nisi vel deligatio vel compressio vasorum tuta ac cauta manu statim tentatur. Quare necessarium erit, ut aegrotum ante operationem de gravi periculo instruamus. Auxilium vero chirurgicum facillimum tutissimumque esse videtur, donec struma sit recens, mobilis et parva, nec aegrotus aetate admodum provectus, struma enim inveterata, immobilis et permagna raro sanatur, talique casu, si strumae pondere et magnitudine aegri vita non periclitatur, manum removere consultius est, quam medelam, artem chirurgicam in ejus detrimentum adhibere. Homines enim ea affecti saepius maximam aetatem sine ullo attingunt incommodo.

Curatio vero chirurgica, de qua supra mentionem feci, variis instituitur modis, quos secundum ordinem, et primo quidem minus periculosos, dein graviores et periculosiores exponere conabor.

§. 56.

1) Hunc in finem ex Chirurgia multa quidem commendantur remedia, quae tamen non omnia semper

satis tuta et quandoque etiam non aeque sunt necessaria. Sic *venae sectionem* plurimi omittunt, quia ab ejus usu sibi parum pollicentur, et *Barbette* eam plane dissuadet, forte quia vires aegrorum mediante eadem citra rationem imminuuntur. Ubi tamen sanguis abundat, vasa tument, et aetas ac vires consentiunt, atque inprimis evacuationes sanguinis consuetae per haemorrhoides vel menses in sexu sequiori sunt obstructae vel imminutae et causarum numerum augent, ibi omnino quandoque, postquam primae viae a saburra liberatae sunt, venae sectionem concedendam esse arbitramur. Circulum enim sanguinis promovet interdum, inprimis si sanguinis copia vasa gravat, atque humorum reliquorum motum emendat, modo non in nimis larga quantitate extrahatur, et non promiscue in omnibus celebretur. Sic etiam, quoties periculum minatur, sanguinis detractionem per incisionem venae super struma salubriter instituendam esse censeo. Innuitur haecce agendi ratio, quasi tecte et obscure, in lib. 7. *Columellae* de morbo suum cap. 10. p. 272. qui ita scriptum reliquit: „suibus strumosis sub lingua sanguis mittendus est.“

§. 57.

2) *Frictiones tumoris* cum pannis lana confectis egregiae sunt, inprimis si panni vaporibus rerum aromaticarum imbuti vel camphora sunt illiniti. Nonnulla observatu digna de hacce medendi ratione habent *Baptista Porta*[568]), *G. van Swie-*

---

568) Magia naturalis, Antwerpiae 1654.: er erzählt, dass man kleinere Kröpfe durch besondere Thiere, die allerhartnäckigsten aber (quod Chirurgum fatigavit multum, pharmaco curari non valuit nec ulla profuit medicina) blos durch lang fortgesetzte Einreibungen heilen könne; siehe auch *Kluge's* Versuch einer Darstellung des animalischen Magnetismus als Heilmittel. Berlin 1811. *Hufeland's* und *Himly's* Bibliothek der pr. Heil-

16

*ten* [569]), *Girard* [570]), *Prosser* [571]), *Bell* [572]), *Lettsom* [573]), *Newnham* [574]), quos consulere non pigeat.

*Compressione tumoris* ab initio leviori, sensim sensimque fortiori *Salmon* [575]) et *Heister* [576]) strumam recentem minuerunt, quinimo sustulerunt. Caveat autem aegrotus omnes nisus vehementes colli asperaeque arteriae. Ad hanc impressionem in strumam faciendam fasciis vinculi peculiaris subsidio firmatis vel collari metallico utimur, quem ad finem autem antiquiores chirurgi collare quoddam plumbeum vel laminam plumbeam mercurio vivo linitam laudarunt, quae vero omnia ad impediendum incrementum amplitudinemque, raro autem ad curam radicalem valent; caeterum eorum usu respiratio et circulatio sanguinis impeditur, deglutitioque fit difficilior. Quapropter ad omne vitae periculum removendum nuperrime *Fodéré* [577]) laminam elasticam ex chalybe factam et *Heintze* [578]) compressorium bracherio simile excogi-

---

kunde, 10tes Stück. Octobr. p. 174. Berlin 1811. 569) Comm. in *Boerhavii* aphorismos Tom. I. pag. 199. Tom. IV. p. 146. 570) Loupiologie p. 421. 571) l. c. p. 47. 572) A system of Surgery. Edinburgh 1787. Siehe *Richter's* chir. Bibl. 10ter Bd. 1stes St. p. 132. „Der Kropf weicht zuweilen, vorzüglich, wenn er noch klein ist, dem öftern Reiben.“ 573) l. c. 574) The London medical Repository etc. by *G. M. Burrows* and *A. T. Thomson* Vol. V. 1816. March., April. S. Medic.-chir. Zeitung fortgesetzt v. *Ehrhardt*. 2ter Bd. 1817. Salzburg. No. 28. 7ter April 1817. *W. Newnham* heilte 2 Kröpfe durch das drei Mal täglich wiederholte und jedesmal eine halbe Stunde fortgesetzte Reiben mit der Hand. 575) l. c. p. 639. 576) Instit. chir. Amstelod. 1739. P. II. p. 726. 577) l. c. p. 66. 578) Archiv der pr. Heilkunde für Schlesien und Südpreussen von *Zadig* und *Friese* IIIten Bds. 4tes Stück. p. 370—373. cum delineatione. Noch zu vergleichen *Girard* l. c. und *James Holbrock* in The London Medical Repository etc. edited by *G. M. Burrows* etc. Vol. VIII. Nro. 46. Siehe Medic. chir. Zeitung, Salzburg 1819. 2ter Bd. No. 37. 10ter May. Dem Verfasser gelang es zu mehreren Malen, dieses Uebel durch Druck zu ver-

tabant, quod carotidi in struma nimis pulsanti ita prospere applicabat, ut larynx et oesophagus nullo modo comprimerentur.

§. 58.

3) Revellendi et derivandi causa in strumis viro quodam morboso exortis, e. g. suppresso exanthemate, tam *vesicatoria*, quam *ulcera artificialia* imprimisque *fonticuli* tentari licent; quod vero auxilium, donec struma sit recens et parva, mature ferendum. *Prosser* [579]) et *Bell* [580]) ex repetito vesicantium usu et *Jeitteles* [581]) aliique [582]) ex fonticuli applicatione praestantissimum habuerunt effectum, sanatis vero ulceribus interdum tumor redux volumine eo magis augebatur. Quin ipsa rubefacientia, quae poros dilatant, huc spectare videntur. Sic novit *Wedelius* amoenit. m. m. p. 93. Empiricum quendam, qui strumam et similes tumores praevia masticatione quasi sive morsicatione curat, inungendo butyrum cum acetosa frixum, quod nihil aliud quam rubefaciens. Vid. *Ephem. Germ.* ao. I. Dec. II. observ. 11. Eundem Empiricum vidit *Crausius* [583]) curare strumam in studioso quodam, suo inquilino, sola morsicatione aliquantulum continuata; strumae nempe lacinia prius imponebatur, factaque per hanc morsicatione seu dentibus comminutione unguentum inungebatur; struma haec post morsicationem plane mollis facta, et quotidie digitis fortiter jussu Empirici compressa seu quasi contrita intra 8. dies plane disparebat.

---

mindern und auch zuweilen zu heilen. 579) l. c. p. 40. 580) l. c. p. 144. Confirmat etiam usum vesicantium, tanquam efficacissimum, *Denly* in diss. inaug. med. de vesicantium usu in variis morbis tractandis. Lugd. Batav. 1784. 581) In observat. quibusd. medicis. Prag. 1783. 8. 582) *Girard* l. c. 583) Vid. Diss. cit. *Heinsii* pag. 21.

§. 59.

4) Ad strumae inflammationem et suppurationem adsequendam *caustica* tam *firmioris* quam *fluidioris naturae* adhibita reperiuntur; hic vero cavendum, ne partes vicinae a corrosivis laedantur vel inflammentur, unde muniendae sunt unguento aliquo, imo toti corpori est prospiciendum, et aeger eo tempore ut febricitans tractandus. 584) Attamen maximo periculo illorum applicatio conjuncta esse solet, quamquam negari non potest, ea praestantissimum saepe effectum ostendisse. *Celsus* 585) quidem fere primus medicamenta jam adurentia ad strumam amovendam proponit, nec non *Forestus* 586), *Heister* 587), *Sellie* 588), *Mesny* 589), ill. *Langenbeckius* 590) et clariss. *Erdmann* 591) optimo adhibuerunt successu; sic ipse *Ti-*

---

584) *Sennertus* in prax. med. lib. 2. p. 1. cap. XXV. 585) lib. VIII. cap. 13. 586) observ. chir. lib. 3. observ. 10. 587) Diss. inaug. med. et chir. de tumoribus cysticis singularibus Praeside *L. Heistero*, Rp. *B. A. Friese*. Helmstadii 1744. 4. c. tab. aen. (recus. in de *Halleri* coll. disp. chir. select. Tom. V. Nro. 151. Tumor caustico lapide erosus ita incidebatur, ut ex eo liquor ex atro fuscus sanguine corrupto aut coffeae crassiori fere similis trium circiter librarum copia efflueret.) 588) *Richter's* chir. Bibl. 5ter Bd. p. 243. Auszug aus den vermischten chir. Schriften von *Joh. Leber. Schmucker*. 2ter Bd. Berlin 1779. 589) In Journal de Médecine Tom. XXIV. p. 75. 590) Bibl. für Chir. Bd. IV. St. 1. p. 146. „Wenn man nach *Langenbeck* Entzündung und Eiterung erregen will, was man durch ein Aezmittel am besten bewirkt, so muss dies nur nicht mehr geschehen, wenn schon eine sehr beschwerliche Respiration vorhanden ist, weil man dann immer eine starke Entzündung befürchten muss, die Gefahr bringt. Auch widerräth *Langenbeck* die allgemeinen Bedeckungen zu trennen und auf die entblösste Stelle das Aezmittel zu legen, sondern er empfiehlt dagegen durch den Lapis causticus ein Geschwür zu machen, und dasselbe so lange zu vergrössern und zu unterhalten, bis dass sich die Geschwulst verkleinert hat, was ihm einige Male bei grossen Kröpfen gelungen ist.“ 591) In der Zeitschrift für

*maeus a Gülden-Klee* [592]) hanc operationem in propria filiola strumam in collo gestante instituit, applicando tantillum lapidis corrosivi, malo deinde instar ulceris tractato. Et tali modo liberavit filiam feliciter a tumore hocce molestissimo absque notabili dolore intra paucos dies. *Mayerus* in diss. jam cit. pag. 21. scribit haec. „Testibus incolis Buckovinae ulcera artificialia, ut sunt fonticuli, setacea, caustica, proxime ad strumam mirum quantum prosunt; obsistunt enim, ne struma majora in dies capiat incrementa.“ Spectant ea ad inflammationem movendam: inflammatio vero saepe tam vehemens est, ut ad laryngem, tracheam, quinimo pulmones perducatur, sicque graviorem periculosioremque efficiat morbum suffocatorium [593]), aegerve ex suppuratione inde pessima succumbat [594]). Sic *J. Barth. de Siebold* in homine satis robusto sanoque strumae, quantum fieri potuit, integumentis communibus nudatae vasisque undique subligatis causticum applicabat; at eventus minime respondebat exspectationi: inflammatio enim subsecuta postquam tracheam, bronchos pulmonesque arripuerat, respiratio sese ostendit valde anxia difficilisque et ex tumore glandulae thyreoideae aperto pessimum manabat pus, aeger-

---

Natur- und Heilkunde, herausgegeben von den Professoren der chir. med. Academie in Dresden im 1sten Bande, 3tes Heft. Dresden 1820. befindet sich vom Dr. *Erdmann* p. 404. ein Aufsatz über Ausrottung der Balggeschwülste und anderer Deformitäten durch Aezmittel, wo er pag. 417. sagt: „Zweimal habe ich das Aezmittel bei vergrösserter glandula thyreoidea mit langsamem aber doch glücklichem Erfolge gewagt. Diese Kröpfe hatten ungefähr den Umfang eines mässigen Borsdorfer Apfels, und sassen auf dem Kehlkopfe.“ 592) Casus medicinales etc. Lipsiae 1662. Lib. VI. Cas. 22. 593) *Assalini* l. c. pag. 55. Cfr. Samml. auserl. Abh. zum Gebrauch pr. Aerzte, Bd. XV. p. 144. 594) *C. Solingen* Handgriffe der Wundarzneik. Wittenb. 1712. p. 162. *Girard* l. c. p. 434.

que die vigesimo quinto post operationem sub deliriis animam efflavit. Sectione dein facta inflammationem tracheam, ubi struma cum cartilagine cricoidea arcte conjuncta erat, pleuram pulmonesque, quorum dexter cum pleura concretus erat, occupasse patuit, et cavum thoracis materia purulenta, pericardiumque aqua erant repleta. —

§. 60.

5) Ad destruendos glandularum colli tumores inprimisque strumam chirurgorum complures, praecipue veterum[595]) *ustionis methodum* elegerunt. Quae vero strumam dissolvendi methodus indirecte vel directe inflammatione inde exorta perficitur. Quod quidem remedium licet a veteribus probatum non omni tamen periculo destitutum esse censeo, ejusque applicatio in illo solum casu, si ex male suppurante struma excrescentiae fungosae et haemorrhagiae lethales, quae ligaturam non admittunt, subsequantur, tentari oportet. Ad quem finem subsequendum ferro in apice subrotundo utimur.

§. 61.

6) *Incisionibus* saepe vel *scarificationibus* strumas sanari posse, non desunt exempla. [596]) Sic *Muralto* strumam curavit incisione facta in parte molli et declivi profundius instituta, foramen vulneris

---

595) *N. H. Severini* de efficaci medicina Lib. III. 596) *Assalini* l. c. pag. 144. strumam coquae in certamine veru vulneratam inflammatione suppurationeque subsecuta sanatam esse, memorat. — *Schmidtmüllerus* l. c. pag. 37—40. hoc narrat exemplum: „Tyroliniensis furore captus cultellum in strumam immisit, quo ictu haemorragia larga cum succo albescente sequebatur, profluvio vero sedato tota disparuit struma.“ Caeterum vid. §. 27. nostr. opusc.

spongia praeparata implevit et diapalma deligavit, et sic aegram perfecte ab hac struma liberavit, prout videre est[597]) in *Decur. Ephem. Germ.* Ann. 3. Obs. 134. Liceat adhuc observationem aliquam in instituto clinico Jenensi ab Ill. *Lodero* institutam huicce capiti adjungere: „*Dorothea Maria Dretschel* ex pago Loebstaedt, LV annos nata, strumosa, caeterum sana, quum anno 1789 febre catarrhali in hoc pago tunc temporis epidemice grassante laborasset, medicosque negligens, morbum viribus naturae committeret, materia febris subito ad strumam se praecipitare visa est. Tumor enim antea mobilis in duas partes totum collum occupantes partitus, nunc durus factus est, inflammatus, ad partem colli sinistram magis extensus et ita inflatus, ut nec deglutire nec libere respirare posset aegrota. In consilium vocatus *Köhler*, *Cel. Loderi* t. t. amanuensis, cataplasmata emol-

597) Conferri etiam meretur *Guil. Paradin* in Chronique de Savoie, Lyon 1561. p. 21, qui commemorat, barbae tonsorem incisione in strumam uxoris suae facta ingentem tumorem sine ullo detrimento extraxisse, et nuperrime *P. E. J. Lemaire*, Chirurgus *Cameraci* peritissimus, cujus observatio in germanicum sermonem versa legitur in „Allgemeine medicinische Annalen des Jahres 1821, 9tes Heft Septbr. p. 1258." „Beobachtung eines fibrig-serösen, durch den Einschnitt geheilten Kropfes von *Lemaire*, Chirurgen zu *Cambray*." Eine Frau war mit einem Kropfe behaftet, der bei zunehmender Grösse sie zu ersticken drohete: mehrere Symptome deuteten darauf hin, dass die Geschwulst nicht in einfacher Vergrösserung der Schilddrüse bestand; durch die unternommene Operation wurde eine Sackgeswulst geöffnet, deren Wände 1 Zoll dick waren, und in ihrer fächerigen Höhlung eine azurfarbene schwärzliche Feuchtigkeit enthielten; durch die unterhaltene Eyterung wurde der ganze Sack in der Folge entfernt, und eine völlige Heilung erzweckt. cfr. Nouveau journal de médecine, chirurgie, pharmacie etc. Redigé par *M. M. Beclard*, *Chomel* etc. Tom X, Janv. — Avril. 1821. à Paris.

lientia applicavit. Quum vero tumorem in dies fere crescere mortemque suffocatoriam imminere videret, incisionem fecit, quamvis non distincte percipere posset fluctuationem. Incisione usque ad duos fere pollices cum dimidio penetrante peracta, sat larga puris quantitas cum levamine effluxit. Noluit aegrota concedere, ut integra struma per suppurationem promotam destrueretur: quare suadente Ill. *Lodero* setaceum adhibitum est, cujus usu tanden struma deleta, et foemina ad sanitatem perducta est." — *Foderé*[598]) subligatis arteriis incisioneque facta materiam strumae fluidam evacuare telamque adhuc remanentem remediis resolventibus vel irritantibus delere et *Heisterus* l. c. in uno tantummodo tumoris loco, priusquam incisio foret, causticum applicare suadent. Nihilo tamen secius gravissima quin imo lethalis[599]) haemorrhagia, praesertim in struma aneurismatica, erit timenda.

§. 62.

7) Melius videtur tumoris consumtionem *setacei ope* periclitari.[600]) Chirurgorum sunt complures tam *veterum*[601]) quam *recentiorum*[602]), qui hocce

598) l. c. par. 75. 599) Collezione d'Osservazioni e Riflessioni di Chirurgia di *G. Flajani* Tomo III. 1802. 8. Observ. 67. et 68. 600) Strumam omnino exulcerari posse docent *Sellie* in *Schmucker's* vermischten chir. Schr. Bd. II. Observ. 23. — *Henning* in *Hufelands* Journal der practischen Arzneik. Bd. VIII. 4tes St. p. 52. et *B. de Siebold* in *Loder's* Journal für Chirurgie. Bd. III. p. 390. Caveat autem Chirurgus, ne pus viam in laryngem et tracheam sibi paret, aegerque morte succumbat suffocatoria, sicuti *Baillie* in additamentis ad praeclarum opus suum: morbid anatomy, cf. Sammlung auserlesener Abhandl. für prakt. Aerzte, Bd. XX. p. 362, observavit. 601) *Heister* in diss. med. chir. de tumoribus cist. singul. l. c. Astruc. l. c. p. 197. — Précis de Chirurgie pratique par *M. P.* ** *M.* à Paris 1768 p. 571. — *Girard* l. c. strumas a pluribus academiae chirurgicae Parisiensis sociis setacei ope feliciter sanatas esse affirmat. 602) Britannum setacei ope strumam

remedium commendent, saepeque optimo adhibuerunt successu. Sic *B. de Siebold* in nosocomio Juliaeo compluries setaceo ad strumas diminuendas maximo cum fructu usus est. Maxime autem in hujusce remedii applicatione situs vasorum, ne carotides et arteriae thyreoideae laedantur, respiciendus, quare *Foderé* per longitudinem strumae superne deorsum, et *Klein* per partem tumoris magis inferiorem setaceum applicare suadent, pro ambitus vero ratione vel unum vel duo per medium tumorem vel decussatim (*Astruccio* auctore) traducuntur.

*Heisterus* excogitavit laminam, eamque argenteam sive plumbeam sulcis variis instructam, ne scalpel-

---

feliciter sanasse narrat *Assalini* l. c. p. 144. — *Foderé* l. c. par. 75—77. — *Flajani* l. c. osservatione 67—68. — *Chr. Klein* in *B. v. Siebold's* Sammlung seltener und auserl. chirurgischer Abhandl. III. Bd. pag. 11 et sq. Von 7 Versuchen gelangen 6 ganz; der 7te traf ein äusserst scofulöses Mädchen, bei welcher, als man in der fünften Woche noch gar keine Abnahme fand, das Haarseil viel zu früh ausgezogen wurde: siehe auch medic. chir. Zeitung von *Hartenkeil* 4ten Bd. 1802. Salzburg. p. 131. — Nuovi Commentari di Medicina e di Chirurgia pubblicati dai Signori *Valeriano Luigi Brera*, *Cesare Ruggieri*, e *Floriano Caldani*, A. 1818. Semestre seconde: s. med. chir. Z. von *Ehrhardt*, 4ter Bd. No. 98. 9ter Decbr. 1819. Salzburg. *J. B. Quadri* in Neapel schlägt (S. 109) zur Heilung des Kropfes folgendes Verfahren vor: „er zieht einen Faden durch denselben, wodurch er theils Entzündung und Eiterung, theils vermehrte Thätigkeit der Lymphgefässe zu erregen sucht; er unterstützt seinen Vorschlag durch 7 glückliche Versuche"; cfr. Journal der Chirurgie und Augenheilkunde von *C. F Graefe* und *Ph. v. Walther*, Berlin 1821. 2ter Bd. 2tes Heft. pag. 381—384. Neue Bibliothek für die Chirurgie und Ophthalmologie von *C. J. M. Langenbeck*, 3ter Bd. 2tes Stück. Hannover 1821. p. 176—83. *Joh. Nepom. Rust.* Magazin für die gesammte Heilkunde. 7ten Bandes 2tes Heft. Berlin 1820. „Verunglückter Versuch, eine Kropfgeschwulst durch Unterbindung der art. thyr. sup. sin. zu heilen, mitgetheilt vom Dr. *Hoering*."

lum a via aberret, quod quidem superfluum mihi esse videtur, cum tutius manu liberiori ac tutiori utamur. Ad hunc finem fasciam tenuem, vel fila complura oleo vel decocto emollienti vel unguentis suppurantibus illinita, quorum vis irritans ad libitum vel augeri vel diminui potest, adhibuit. Oritur nonnunquam haemorrhagia ex vena jugulari externa (*Klein*), quae vero brevi tempore sisti potest, saepiusque fieri solet, ut cum sanguine succus glandulae inhaerens effluat. Inflammationis symptomata post operationem oriunda vel emplastra vel fomentationes emollientes adhibendo diminuere studendum, donec suppuratio subsequatur, ad quod pus evacuandum nonnunquam incisiones requiruntur; quo facto saepe struma exulcerata sese diminuere tumorque sensim sensimque evanescere incipit. Setaceum tunc extrahere ulcusque consanare oportet. Operatione instrumento satis acuto peracta, fasciisque convenienter semper applicatis cicatrices vix animadvertuntur remanentes.

§. 63.

8) *Paracentesis* strumae locum habet, ubi materia tumorem efficiens liquida est, vel aquosa, vel lymphatica, vel purulenta, vel fluctuatio perspicua sentitur. Natura saepe ipsa hanc materiae solutionem perficit, ita ut nil amplius ad sanationem opus sit, quam integumentorum percussio. Ubi vero materia nimis spissa est, ut evacuari nequeat, remediis emollientibus imprimis cataplasmatibus frictionibusque resolventibus etc. resolutio periclitanda est. Notandum autem aperturam non prius faciendam esse, quam durities omnis sit sublata atque fluctuatio perspicua; quod quidem plerumque diuturnum ac serium illorum remediorum emollientium usum postulat. Quo facto percussio tumoris facienda paracenterio (Troicar), et evacuanda materia puriformis. Operatione peracta durities adhuc

restans continuato emollientium usu sensim solvenda novusque propullulans strumae tumor repetita paracentesi vel incisione dilatata evacuandus, tandemque ulcus fasciis leniter tantummodo comprimentibus, ne fluxus puris impediatur, vel fistulae formentur, sanandum.[603])

§. 64.

9) Quodsi periculosa symptomata, quae tumor minatur, remediis palliativis, venae sectionibus localibus ac remediis derivantibus non possunt removeri, si suffocatio imminet, *Bronchotomiam* instituendam, nunquam autem ligaturam vel exstirpationem suscipiendam esse, *Sharpius* est primus inventor atque auctor [604]).

§. 65.

10) *Ph. Fr. Nobilis a Waltherus* [605]), vir ingenii validi et sine dubio inter primos hujus aetatis chirurgos referendus, recentissime novam proposuit methodum ad strumam sanandam, nempe ut *per ligaturam arteriarum glandulae thyreoideae superiorum* peragatur curatio: haecce vero medendi ratio nonnisi ad sanationem strumae aneurismaticae, ubi glandula thyreoidea magna vasorum copia abundat, atque sanguine largius irrumpente nimis gravatur, exinde valde tumet ac pulsationis speciem prae se fert, pertinere videtur. Aeger tunc semper in metu versatur,

---

603) Diction. rais. des sc. etc. Tom. VII. p. 730. — *M. Medalon* Prix de l'acad. de Chir. Tom. I. p. 27. — *Chopart* et *Desault* l. c. p. 249. — *Petit.* l. c. Tom. I. p. 208. — *M. P.* ** *M.* Précis etc. pag. 571. — Ephem. Nat. Cur. Dec. II. Ann. III. p. 270. et Cent. I. 1712. Observ. 17. — 604) *S. Sharp*, treatise on the operations of surgery; Lond. 1751. pag. 188. 605) *Ph. Fr. v. Walther* Neue Heilart des Kropfes durch die Unterbindung der obern Schilddrüsen-Schlagadern etc. Sulzbach 1817. pag. 19—39.

ne arteria rumpatur, et ipse ex haemorrhagia succumbat; tali in casu manus chirurgica commode applicari valet, dum deligatio arteriae tentari potest. Nam impedito sanguinis affluxu per ligaturam superiorum arteriarum augmentum quidem strumae cohiberi ultro concedi potest; merito vero dubitandum, an etiam struma sensim imminuendo plane sit cessatura. Itaque operatio haec non videtur meliora spondere, quam quae supra in medium adductis remediis chirurgicis minore adhuc periculo effici possunt; insuper haec ligatura semper mature institui debet, antequam struma ipsa sua mole nimis periculosa evadat et spatium in invenienda thyreoidea superiori ad ligaturam applicandam paulo sit angustius. Nec etiam silentio praetereundae sunt omnes illae sequelae sinistrae, quas tali exstirpatione glandulae thyreoideae facta pertimescere oportet: glandulam enim istam a natura legis parsimoniae semper observantissima non abs re tot tantisque arteriis ditatam fuisse, haud sine gravi ratione praesumimus. Porro secretiones in hac glandula per strumam non aboleri, videtur mihi ea de causa certum atque exploratum, quia in examinatis glandulis struma affectis post mortem nunquam vasa lymphatica obstructa aut corrupta, sed tantum magis dilatata plerumque deprehenduntur; haec etiam causa esse videtur, cur homines struma affecti, dummodo ista in mole non excedat, ad seram et provectam usque aetatem satis bene valere possint. Quia vero per substantiae corruptionem in glandula thyreoidea tumente struma aneurysmatica exoriri potest, a *Walthero* monitus indicasse carptim libet, qua ratione per ligaturam arteriarum thyreoidearum superiorum miseris alias certo certius interituris adhuc opem ferre possimus. Caeterum *Chr. Gottl. Lange* primus est, qui de hacce agendi ratione cogitaverit; dicit enim in diss. jam citata pag. 16—17. „magis vero efficax esset sectio vel ligatura arteriae,

quae ad strumosos tumores sanguinem defert, modo vas illud prompte inveniri possit. *Veterinarii* quidem hoc modo procedere dicuntur, et arteriam, quae ad tumores strumosos equorum defertur, abscindendo efficere, ut strumae evanescant; in homine tamen haec operatio non sine periculo instituitur." Quem virum sequutus est *Jones*[606]) Britannus, qui sententiam suam tradidit his verbis: „Kann dieses Verfahren, die Circulation des Blutes durch die *Arterien* zu hemmen, nicht auch mit Vortheil in Fällen der *Bronchocele* angewendet werden?" Der deutsche Uebersetzer, Hr. Dr. *Spangenberg*, fügt die Bemerkung bei: „diese *Operation*, welche besonders bei dem *anevrysmatischen* Kropfe passend seyn würde, verdiente, wenn es möglich sey, sie ins Werk zu richten, die Aufmerksamkeit der Wundärzte, und der Verfasser für diesen Fingerzeig den grössten Dank." Jam vero quod ad numerum operationum sive felici sive infelici exitu tam in Germania quam in Anglia susceptarum spectat, praevalent adhuc, proh dolor! fata sinistra; nam illustris de *Waltherus*[607]), *Henry Coates* Esq.[608]) et *Wedemeye-*

---

606) Abhandlung über den Prozess, den die Natur einschlägt, Blutungen aus zerschnittenen und angestochenen Arterien zu stillen. — Aus dem Englischen übersetzt von *G. Spangenberg*, Hannover 1813. 607) Herr *v. Walther* unterband bei einem Kropfe beide *Arterias thyr. sup.*, jedoch *zu zwei verschiedenen Zeiten*; der Kropf schrumpfte zusammen, und der Kranke wurde geheilt entlassen. 608) Med. chir. Zeitung, herausgegeben von *Ehrhardt*, 1820. Salzburg. 4ter Bd. p. 249. ubi adnotata sunt sequentia: „Geschichte einer *Bronchocele*, bei welcher die *arteria thyreoidea superior sinistra* mit Erfolg unterbunden wurde von *Henry Coates* Esq. Mitgetheilt von *Astley Cooper*: Die Kranke war ein gesundes starkes 17jähriges Mädchen, deren *glandula thyreoidea* so angeschwollen war, dass sie die *Trachea* stark drückte, und das Athemholen und Schlukken sehr erschwerte; die obern Schilddrüsen - Arterien klopf-

*rus*[609]) ligaturam arteriae thyr. sup. felici successu applicavernnt: *William Blizard*[610]) vero, *Grae-*

---

ten auf das heftigste, die **linke** derselben wurde blosgelegt, mit einer gekrümmten Sonde von den sie begleitenden Nerven getrennt, und durch eine mässig angezogene dünne runde Ligatur unterbunden. Am folgenden Tage hatte die Operirte Fieber und Kopfschmerz, der Nacken war etwas geschwollen, und das Schlucken mehr erschwert. Ein Aderlass hob dieses. Am 9ten Tage trennte sich die Ligatur, und am 10ten war die Wunde ganz geheilt. Die Geschwulst war um die Hälfte kleiner geworden, und das Athemholen viel leichter. Sie wurde entlassen, und da sie sich nicht wieder sehen liess, so ist diese Besserung auch wahrscheinlich von Dauer gewesen." — Cfr. etiam „Neue Bibliothek für die Chirurgie und Ophthalmologie *C. J. M. Langenbeck*, Hannover 1821. 3ten Bds. 2tes St. pag. 184—85.

609) Hr. Dr. *Wedemeyer* zu Hannover unterband bei einem ungeheuer grossen und alten Kropf, dessen Gewicht er etwa auf 10 Pfund taxirt, die **rechte** *art. thyr. sup.*; die Abnahme an Umfang war wirklich sehr beträchtlich: vid. Neue Bibliothek für die Chirurgie und Ophthalmologie von *C. M. Langenbeck*, 3ten Bd. 2tes St. Hannover 1821. p. 185—95. Zugleich macht der Hr. Verf. dieses so lehrreichen Aufsatzes die richtige Bemerkung, dass es ihm sehr auffallend gewesen sey, bei den vorigen Kröpfen, welche er zu untersuchen Gelegenheit hatte, die *Arterias thyr. superiores* verhältnissmässig mehr als die *inferiores* erweitert zu finden. Sollte dies Verhältniss allgemeiner anzunehmen seyn? Sollte der Grund hiervon darin liegen, dass die unteren Schilddrüsen-Arterien nicht aus der *Carotis*, sondern aus der *Subclavia* entspringen, hinter der *Carotis* und hinter der Schilddrüse verlaufen, und vielleicht in ihrem Verlaufe, zumal bei der Vergrösserung der letztern, einen gewissen Grad von Compression erleiden? —

610) Med. chir. Zeitung, fortgesetzt vom Dr. *Ehrhardt*, Salzburg 1817. 4ter Bd. pag. 202. No. 91. „In dem jüngst erschienenen Werke von *Hodgson* über die Krankheiten der Arterien und Venen, übersetzt vom Dr. *Koberwein* liest man S. 59, dass *William Blizard* bei einem Kropfe ein Band um die Art. thyr. sup. anlegte. *Hodgson's* Vorrede ist vom **Decbr.** 1814 datirt, und *v. Walther* operirte im **Juni desselben** Jah-

*fius*[611]), *Zangius* et *Fritze*[612]), viri consilio etiam ac

res. Es geschah also auch hier, was schon öfterer geschehen ist, dass zwei geniale Männer zu gleicher Zeit einen und denselben Gedanken hatten. Vide etiam *Samuel Cooper's* neuestes Handbuch der Chirurgie in alphabetischer Ordnung. Nach der dritten englischen Originalausgabe übersetzt, durchgesehen, und mit einer Vorrede versehen vom Dr. *L. F. v. Froriep*, 1ste Lieferung, Bogen A—Aa. Weimar 1819. pag. 301. Legitur ibi: „Diese Operation ist in der That von *Sir William Blizard* gemacht worden, der beide Arterien einer angeschwollenen *glandula thyreoidea* auf einmal unterband, wodurch die Geschwulst nach einer Woche zu einem Drittheil ihres Umfanges vermindert wurde. Nach dem Abfallen der Ligaturen erfolgte eine wiederholte Blutung der Arterien, und durch die Verbreitung des Hospitalbrandes wurde die Carotis selbst entblösst. Der Patient starb; dennoch behauptet Hr. *A. Burns*, dass dies von einer Wiederholung dieses Versuches nicht abhalten dürfe, indem derselbe Umstand bei der blossen Oeffnung einer Vene hätte vorkommen können, und in der Hospitalluft wirklich vorgekommen sey: vide Surgical Anatomy of the Head and Neck p. 202. Eadem quoque Cooperi est sententia; cfr. praeterea „Neue Bibliothek für die Chirurgie und Ophthalmologie, von *J. C. M. Langenbeck*, Hannover 1821. 3ten Bds. 2tes St. p. 186.

611) Contigit mihi, ut operationi ipse adessem, qua *Graefius*, Patronus ac praeceptor meus aeternum devenerandus, ligaturam arteriae thyreoideae super. *dextrae* in puella satis robusta sanaque applicavit; sed eventus minime respondebat exspectationi, et struma ista aneurismatica paullo post scalpello radicitus est exstirpata: nihilominus reconvalescebat aegrota et ex integro sanata est; vide plura inferius.

612) *Joh. Nepom. Rust.* Magazin für die gesammte Heilkunde, 7ten Bds, zweites Heft, Berlin 1820: „Verunglückter Versuch vom Rath und Professor *Zang*, eine Kropfgeschwulst durch Unterbindung einer *art. thyr. sup.* zu heilen, mitgetheilt vom Dr. *Hoering*: Diebus proximis post operationem inflammatio est subsecuta vehementissima, quae partes vicinas, tracheam, bronchos pulmonesque arripuit. Respiratio oboriebatur valde impedita, anxia difficilisque, et aegrotus die decimo sub deliriis animam efflavit. Sectione deinde facta, a

ratione agentes magnam commendationem, quam methodus ista habeat ab utilitate, non possunt confirmare. Quamvis igitur omnia rite fiant, tamen

Non est in medico, semper relevetur ut aeger,
Interdum docta plus valet arte malum.

Restat adhuc, ut viam ac rationem, quam illustris de *Waltherus* ad ligaturam art. thyr. sup. secure perficiendam proposuit, uberius et accuratius exponam; faciamus eum ipsum loquentem: „Da bei keinem Schriftsteller eine Anweisung zur Unterbindung der obern Schilddrüsen-Arterien zu finden ist, so will ich das hierzu bestimmte *operative* Verfahren kurz beschreiben.

Die Geräthschaften sind ein mit einer Stellfeder versehenes Bisturi von einiger Länge, und von geradliniger, nicht bauchiger Schneide. Solche Bisturies ziehe ich für Hautschnitte und andere Incisionen denen mit gewölbter Schneide vor. Mehrere Pincetten. Eine Nadel zur Unterbindung; wohl auch die Unterbindungsnadel von *Dechamps*; mehrere Unterbindungsfäden und ein plattes Fadenbändchen von 3 bis 4 durch Wachs vereinte Seitenfäden; rohe *Charpie* in gehöriger Menge, *Compressen* und eine *Zirkelbinde*.

Der Kranke sitzt auf einem etwas hohen Stuhle,

---

gangraena glandulam submaxillarem et ab inflammatione tracheam, pleuram atque pulmones esse occupatos patuit: vide caetera in l. c. — Sic etiam Cl. *Fritze*, Prof. Pragensis, hancce Operationem in struma aneurismatica Dr. *Pechio* auctore, qui Dresdae praxi extensiore est celebris, executus est; at, quod sane dolendum, fatali exitu; nam non diu post operationem factam die scil. quarto ligatura arteriae thyr. sup. sponte est delapsa, atque ita ex sanguinis fluxu enormi non sistendo aegroti animam efflavit. — Praeterea etiam haud pigeat perlustrare *Rustii* diarium (Tom. II. 1. S. 140), in quo observatio arteriae thyre. super. laesae et feliciter ligatae legi meretur. —

dem einfallenden Tageslicht gegenüber, der Kopf desselben ist auf die entgegengesetzte Seite von jener, an welcher operirt wird, gedreht, und an die Brust eines hinten stehenden Gehülfen angelehnt. Man macht, um zur *Arterie* zu gelangen, einen Hautschnitt, welcher etwas unter dem Winkel der unteren Kinnlade und ein wenig mehr nach aussen anfängt, und am innern Rande des Kopfnickers, 3 Zoll lang, schief nach unten und innen herabsteigt. Durch einen zweiten Schnitt wird der Haut-Hals-Muskel in einer etwas geringern Länge und in gleicher Richtung getrennt.

Den Hautschnitt mache man bei gleichmässig angespannter Haut, ohne aufgehobene Hautfalte. Bei Incisionen der Haut, bei welchen vieles darauf ankommt, dass der Schnitt in einer genau bestimmten Richtung geführt werde, mache ich diesen nie auf einer Hautfalte, da man, wenn man auf dieser einschneidet, niemals die Stelle, wo der Schnitt gemacht wird, genau bestimmen kann.

Ist die Haut und der Hautmuskel getrennt, so liegt die *Arterie* im gesunden, nicht vergrösserten Zustande der Schilddrüse, noch sehr tief, selbst gegen 1½ Zoll tief. Wer die *Operation* zum ersten mal an der Leiche versucht, wird diese tiefe Lage der *Arterie* sehr bedenklich finden; allein bei dem Kropf wird die obere Schilddrüsen - *Arterie* durch die Drüsengeschwulst selbst in die Höhe gehoben, und aus der Tiefe, in welcher sie liegt, verdrängt, so dass sie sich leichter und zugänglicher darbietet. Nämlich da die Arterie nicht am obern Rande der Schilddrüse in diese eintritt, sondern gewöhnlich einen guten Zoll lang auf ihr herabsteigt, und sich ungefähr da, wo sich das obere Drittheil der *glandula thyreoidea* mit dem mittlern Drittheile verbindet, nach geschehener Theilung in die Substanz derselben senkt, so wird sie durch die vergrösserte Drüse hervorgedrängt, und sie liegt weit weniger tief als im Normal-Zustande. —

Die Lage der *Arterie* ist folgende: Einen halben Zoll unter ihrem Ursprunge aus der äussern *Carotis*, oder aus dem gemeinschaftlichen Stamme der *Carotiden*, läuft der Zungenbein-Schulterblatt-Muskel über sie hinweg. Dieser Muskel ist bei grossem Kropfe immer in die Höhe geschoben, aus seiner Lage verdrängt und widernatürlich angespannt. Die Spannung dieses Muskels mag wohl auch vieles zu dem gehinderten Schlucken bei den an *Struma* leidenden beitragen. Es ist leichter, die *Arterie* während ihres Verlaufes zwischen diesem Muskel und ihrem Eintritt in die Substanz der Drüse, als zwischen dem Muskel und ihrem Ursprunge zu unterbinden. Würde der *Omohyoideus* ein besonderes Hindernis der Unterbindung in den Weg legen, so könnte man ihn auch ohne Bedenken durchschneiden, und man würde sich auf solche Weise einen sichern Weg zur *Arterie* bahnen. Von den grössern Nervenstämmen am Halse wird durch diese *Operation* keiner gefährdet. Der *sympathische* oder *herumschweifende* und der *zurücklaufende Nerve* liegen zu tief, und hinreichend weit entfernt von der Stelle, wo operirt wird. Nur jener Ast des *Zungenschlundnerven* kömmt hier in Betracht, welcher am äussern Rande der Schilddrüse herabsteigt, sich an ihrem obern Winkel gewöhnlich in zwei Aeste theilt, unter jenem Zweig, welchen die obere Schilddrüsen-Arterie zur untern Fläche des Kopfnickers sendet, hindurchgeht, nach unten mit Zweigen des *plexus cardiacus* anastomosirt, und bis ans Herz läuft. Dieser Nerve liegt der obern Schilddrüsen-Arterie ganz nahe, tangirt die Bogen, welche diese *Arterie* bei ihrem geschlängelten Verlaufe bildet, und kann bei der *Operation* leicht verletzt werden. Man soll ihn daher nach aussen ziehen, und von der *Arterie* entfernen. Vielleicht wird seine Verletzung nicht immer verhütet werden können; ich glaube aber, dass diese, wenn sie

auch statt fände, keine so gefährlichen Folgen nach sich ziehen würde. Das untere Drittheil des Verlaufes der *Arterie* bedeckt der Brustbein-Zungenbein-Muskel, und der Brustbein-Schildknorpel-Muskel. Diese Muskeln werden, da sie mehr nach innen liegen, und nur den untern Theil der *Arterie* bedecken, nicht beschädiget. Wohl aber kann bei den Schnitten, um zu der Arterie zu gelangen, die *Verletzung mehrerer beträchtlichen Venen* kaum verhütet werden. Ungefähr 4 Linien weit von dem Ursprunge der Arterie läuft über dieselbe, sich beinahe in einem rechten Winkel mit ihr kreuzend, ein Ast der Schilddrüsen-Venen, wodurch diese mit der vordern Antlitz-Vene communiciren. Dieser wird leicht abgeschnitten werden. Es wird leichter seyn, ihn zu vermeiden, wenn man die *Arterie* zwischen jenem Venenaste und ihrer Theilung, als wenn man sie zwischen ihrem Ursprunge und jenem Venen-Aste unterbindet. —

Die Lage der obern Schilddrüsennerven ist sehr veränderlich. Sie liegen manchmal unmittelbar neben und unter der Arterie, in welchem Falle sie bei der *Operation* leicht verletzt werden können; nicht selten laufen sie viel tiefer, gegen 1 Zoll von der Arterie entfernt. In jedem Fall ist der Ursprung der obern Schilddrüsen-Arterie aus der *Carotis* höher als jener der entsprechenden *Venen* aus dem gemeinschaftlichen Anlitz-Venenstamme. Diese *Venen* soll man, so viel es immer geschehen kann, schonen, da von ihrer Offenerhaltung der ungestörte Rückfluss des *Venenblutes* aus der Drüse abhängt. Wird dieser beschränkt, so darf man keine so bedeutende Abschwellung der Schilddrüse nach der *Operation* erwarten. Noch verdient der *Kehlkopfs-Ast* der obern Schilddrüsen-Arterie Berücksichtigung. Es ist in jeder Beziehung gut, wenn man diesen offen erhalten, und dem gemäss die *Ligatur* um die *Arterie* erst an jener Stelle, wo sie

diesen Ast schon abgegeben hat, anlegen kann. Die übrigen, ziemlich unbeständigen Aeste, welche die Schilddrüssen-Arterie an benachbarte Theile abgiebt, können bei der Operation nicht berücksichtigt werden. Sind sie verletzt worden, so müssen sie sogleich unterbunden werden. —

Ueberhaupt ist es gut, wenn man bei dieser und bei ähnlichen Operationen alle blutenden Gefässe, auch die kleinern, sogleich nach geschehener Durchschneidung unterbindet; nicht sowohl zur Verminderung der Grösse des Blutverlustes, als um die Wunde immer rein vom Blut zu halten, und die in ihr blos liegenden Theile gehörig unterscheiden zu können. Eben darum ist es auch räthlich, nach der Durchschneidung des Hauthalsmuskels die *Operation* etwas zu unterbrechen, bis die Blutung aus den Gefässen dieses Muskels stille steht, oder durch kaltes Wasser gestillt ist. Denn verletzte Muskeln geben gewöhnlich viel Blut, und dieses längere Zeit fort, was bei ihrer gefässreichen Bildung ganz begreiflich ist. — Wer die grosse Anzahl wichtiger *Organe* betrachtet, welche bei dieser *Operation* geschont werden sollen, und zwischen denen hindurch man sich einen Weg zu der obern Schilddrüsen-Arterie bahnen muss, der wird die Nothwendigkeit, die Wunde immer möglichst rein vom Blut zu halten, leicht einsehen. —

Eben darum ist es auch räthlich, nachdem die ersten äussern Schnitte gemacht worden sind, zur unmittelbaren Entblössung der Arterien sich weniger der Schneide des Bistouries, als vielmehr eines stumpfen Werkzeuges und der Finger zu bedienen, um die Theile auseinander zu ziehen, und das Zellgewebe zwischen ihnen zu zerreissen. —

Die Umschlingung der Arterie, wenn sie einmal gehörig bloss gelegt ist, kann bei einiger Vorsicht ohne Gefahr geschehen. Man ziehe sie etwas hervor, und

führe eine gewöhnliche, mässig gekrümmte Unterbindungsnadel um sie herum; bequem ist die auf einem langen Stiele sitzende Nadel von *Dechamp's*, welche das Oehr vorne unter der lanzenförmigen Spitze hat. Es ist nicht nöthig, sie ganz durchzuführen. Sobald die Spitze und das Oehr hervorgedrungen ist, fasst man das darin hängende Fadenbändchen, zieht es an, und geht mit der Nadel zurück. Man muss die Arterie auf der Nadel klopfen sehen und fühlen. Das Fadenbändchen wird mässig fest zugezogen, und ein einfacher Knoten geschürzt, welcher durch einen zweiten Knoten befestiget werden kann. Das übrige Verfahren unter und nach der Operation richtet sich nach den allgemeinen Grundsätzen der Chirurgie, und bedarf hier keiner nähern Auseinandersetzung. — Cfr. etiam illust. *Langenbeck* in praeclaro diario suo: „Neue Bibliothek für die Chirurgie und Ophthalmologie, 3. Bandes 2tes Stück, Hannover 1821. pag. 300 — 1. Tab. I. Fig. 2. etc. sic quoque *Carl Bell* System der operativen Chirurgie, übersetzt vom Dr. *Kosmely*, Berlin 1815: 2 Th. pag. 306. —

§. 66.

11) *Ligatura* tantum in struma prominenti, mobili, pendula et partibus vicinis adjacentibus non adhaerente unoque tantum stylo insidente institui potest.[613]) Tumor deinde incisione longitudinali vel cruciata integumentorum denudatur, et ad basin usque omnia vasa, quae obviam veniant, quo facilius tumoris spha-

---

613) *Paul. Aegineta* de re med. lib. VI. cap. XXXV. p. 564. — *Aëtio*, Tetr. IV. Sermo III. cap. V. pag. 741 usque ad 742. edit. cit. auctoribus, *Cartesianis* etiam, porro *Dolaeo* in encyclop. chir. rat. Francof. ad M. 1689. p. 626. et *Langio* in diss. cit. p. 20. multisque aliis adhuc ducibus inter Neotericos.

celus subsequatur, per totam circumferentiam subligantur. Ad hoc eo citius expediendum causticum etiam vel ferrum candens solet applicari. Distrahuntur hinc invicem labia vulneris, comprehenditur struma vel filo cannabino vel serico vel pilo equino totusque tumor sensim sensimque est constringendus et radix singulis diebus magis contrahenda, donec gangraena subsequatur, et struma tandem marcida sponte decidat. Eadem applicandi methodus habenda est, quam *Richterus*[614]) in tumoribus cysticis commendavit illustrisque *Brunninghausen*[615]) in colli tumoribus optimo perfecit successu. Jam ex aliquot annis praeterlapsis *Perill. Stark* strumam periculum minantem per ligaturam sanare constituit; operatio haec, monumentum quidem singularis dexteritatis, feliciter inter tot difficultates peracta monet nos, ne eam facile, confidenter passim et quoties tantum periculum non urget, instituere audeamus; narratio enim de hac ipsa egregia, magistrumque testante exstirpatione strumae per ligaturam, quam *Jaeschkio*[616]) in acceptis referimus, luculenter tum difficultatem tum periculum operationis nobis ob oculos sistit et docet, quam longum per tempus inde ab ea peracta inter spem metumqe vitae periclitaretur.

§. 67.

*Sua cuilibet rei est temporis opportunitas, extra quam si suscipiatur, commendationem amittit.*

HEDENUS.

12) Extremum denique auxilium in *exstirpatione glandulae thyreoideae* quaerendum est.

---

614) Anfangsgründe der Wundarzneikunst. Bd. I. §. 501.
615) Ueber die Exstirpation der Geschwülste am Halse. 1805. 8. cum tab. aen. 616) *Friedr. Bened. Jaeschke* diss. inaug. de strumae exstirpatione per ligaturam. Jenae 1810.

Periculosa est illa operatio chirurgica, et a rationali medico non promiscue in usum vocatur, licet quandoque ferrum sanet, quae medicamenta non sanant, et chirurgum interdum gratiose crudelem esse oporteat.

Jam vero novae exsurgunt quaestiones chirurgicae eaeque maximi quidem ponderis, ad quas tantummodo ex hujus glandulae consideratione anatomica, qualem supra exhibui, satis potest responderi. Quaeritur primum, *quaenam partes sub glandulae thyreoideae exstirpatione laedi debeant ac laedi possint?* deinde, *an glandula thyreoidea absque periculo funditus exstirpari possit?* postea, *quaenam commoda hinc in usum exstirpationis ipsius redundatura sint?* et denique, *quaenam tumoris signa hancce indicare possint operationem?* Singula suo quoque ordine absolvantur opus est.

A) *Partes, quae sub glandulae thyreoideae exstirpatione laeduntur.*

Si quis glandulae illius situm et nexum solito accuratius respexerit, facile intelliget, hanc glandulam ita positam esse, ut sub ejusdem exstirpatione tam partes durae quam molles cujuscunque notae, sive in conspectum veniant, sive in profundo delitescant, laedi vel debeant vel fortuito percelli possint, nec minus patet, ab illarum partium laesione plus minus periculi et discriminis pendere. Chirurgus curatioris cognitionis de glandulae thyreoideae situ et nexu ignarus mancam tantummodo rationem de tam gravi et ardua operatione instituenda dabit, ideoque hanc religionis causa vel evitare debet vel huic si audacia tam improba valeat, ut hoc difficile opus nihilominus temere ac nefarie aggrediatur, sub ipso hoc temerario facinore hoc quidem agit, ut aegrum propter ignorantiam inevitabili fato tradidisse perhibeatur. Sin aeger

nihilo secius vitam deportaverit, uterque tam chirurgus quam aeger de exitu fausto sibi gratulari possunt, sed immerito. Eadem ratione ductus minimae parti observationum chirurgicarum, quae de glandulae thyreoideae exstirpatione hucusque exstant, fidem omnem dare atque attribuere possum. Nam plurimi observatores accuratiorem descriptionem et adumbrationem illarum partium, quas sub operatione laedebant, imprudenter negligunt, levique calamo et obiter pertractant, ita quidem ut lector attentus ex manca operationis ipsius historia vix glandulam thyreoideam excisam, tumores vero potius folliculosos exstirpatos esse auguretur. [617]) Plurimi observatorum vel ignorantiae tum in anatomicis quam in chirurgicis vel vaniloquentiae accusari debent, eaque de caussa minus digni sunt, quibus assentias. Finis itaque laboris nunc a me suscipiendi eo redit, ut ad anatomicum quendam ordinem illas partes breviter describam, quas chirurgus, dum manum glandulae thyreoideae affectae admovet, cultello descindere vel debet, vel quas facile propter imprudentiam ac dexteritatis defectum violare potest. Ut vero Lectori cuncta ad oculos monstrentur, eum ad tabulas anatomico-chirurgicas *Lodert* ac *Rosenmuel-*

---

617) Ad probandam hanc sententiam ex *Langii* dissertatione jam saepius citata p. 18. sequentia in medium adduci possunt: „Secuit ante biennium *Circumforaneus* strumam, ovum anserinum superantem, in nobilissima foemina *de Pindau*, quae, licet gravida esset, Circumforaneum tamen sollicitabat, ut operationem susciperet. Fortiter etiam omnia perpessa a malo est liberata, licet Operator strumam sola manu post cutis sectionem liberaret, nullaque vasorum sectione aut ligatura uteretur, sed violenter eam abrumperet. Magna itaque inde secuta est haemorrhagia et aegra syncope cum stertore fuit correpta, sed applicatione aquae apoplecticae liberata, et haemorrhagia solo aceto iterum fuit sedata.“

*leri* atque ad eas, quarum editionem Illust. *Seilerus* et Cel. *Langenbeckius* sunt paraturi, delego. Nostra conamina quasi examini inserviant, quo observationes de glandulae thyreoideae exstirpatione exhibitas ad veritatis sigillum perduci possint.

1) *Partes, quae sub glandulae thyreoideae exstirpatione laedi debent.*

Multum certe interest, ad qualem formam glandula thyreoidea strumosa accedat; si enim ambitus strumae magis est circumscriptus, exstirpatio hujus glandulae minori cum difficultate suscipitur, quam si tumor circuitu latior est. Ibi longe paucior est numerus partium, quae cultello chirurgico subjiciuntur; hic vero frequentior est, ubi forsan particulae quaedam glandularum vicinarum exscindi debent.

Partes sub glandula thyreoidea strumosa necessario tentandae continent *musculos*, *vasa omnis generis* et *nervos*, quae ut suo quidem loco et ordine considerentur, opus est.

a) Integumentis communibus una cum vasis et filamentis nerveis cutaneis discissis, strato musculari *m. platysmamyoidei*, qui glandulae thyreoideae incumbit, inciditur, ejusdemque fibrae musculares demum undique a margine incisionis solvuntur. Quo facto *musculi sternohyoidei* et *sternothyreoidei* glandulam thyreoideam circumdantes apparent et leviter tantummodo a tela cellulosa sunt separandi atque ad alterutrum tumoris latus removendi. Quae vero integumenta saepius per incrementum glandulae ita sunt praeternaturaliter extensa et superflua facta, ut sine ullo respirationis et loquelae detrimento *Graefio* [618]) et *Parente* [619]) *nostro* auctoribus exscindi possint.

---

618) Ter resecavit musculos illos vir illustris in hujus glandulae exstirpatione. 619) Quater felici exitu m. platysma-

b) *Vasorum* ratio in hac operatione maximi momenti est. Ideoque ne mireris a multis anatomicis et chirurgis praesertim si nimium theoriis, minus arti adhaereant, glandulam thyreoideam strumosam tumoribus hucusque adnumerari, qui illud formidabile noli me tangere prae se ferant.

α) *Arteriarum* numerus, quo glandula thyreoidea partim instruitur, partim circumdatur, frequentissimus est, ideoque cautio a chirurgo operante quam maxime adhibenda est, ne plures arterias praeter necessitatem perscindat, atque aegri vitam justo majori sanguinis profluvio in discrimen ducat, quin imprudenter arteriarum trunco discisso interimat. Arteriae ad glandulam thyreoideam vel ex trunco *carotidis externae* sive *facialis* vel ex *subclavia* advectae sub glandulae exscissione cunctae discinduntur. Cursum *carotidis* si attenderis, *arteria thyreoidea superior*, quae prope originem trunci exit et flexuose descendit ad superiorem marginem glandulae thyreoideae, persecatur, nec ullo modo propagines ejus sunt evitandae; emittuntur enim ex hac:

a) *R. us superficialis adscendens*, supra vel infra os hyoides incedens et cum ramo ab opposito latere ibidem arcum faciens. — Ex ramo rursus diviso prius educuntur:

α) *R. i.* ad m. hyothyreoideum, sternohyoideum, omohyoideum, cutaneum colli et cutem.

β) *R. i.* ad ligamentum cartilaginem thyreoideam cum osse hyoide connectens.

b) *R. us superficialis descendens*, deor-

---

myoideum, sternohyoideos et sternothyreoideos cultro destruxit. Vid. Journal der Chirurgie und Augenheilkunde v. *C. F. Graefe* und *Ph. v. Walther*, Berlin 1821. 2ter Bd. 2tes Heft pag. 244.

sum tendens et in plures sese dividens ramulos inter se varia ratione saepe communicantes. Hi sunt:

γ) *R. i* ad sternomastoideum, musc. cutaneum, cartilaginem thyreoideam, hyo-et crico-thyreoideum et pharyngis constrictores medios infimosque. Horum nonnulli interdum e priore ramo progerminant.

δ) *R. us* cum eadem arteria ab altero latere supra cricothyreoideum junctus et annulum ibidem faciens.

c) *R. us laryngeus*, insignior ramus, saepe ex superficiali adscendente proveniens cum nervo socio inter cartilaginem cricoideam et thyreoideam sese condens, vel interstitium membranaceum inter cartilaginem thyreoideam et os hyoides penetrans, vel etiam per proprium foramen ipsi in cartilagine thyreoidea adaptatum ad interiora laryngis properans demumque mittens:

ε) *R. um adscendentem*, ad superiorem oram epiglottidis ejusque membranas tendentem.

ζ) *R. um transversum* ad musc. arytaenoideos et cricoarytaen. posteriores.

η) *R. um descendentem* ad thyreoarytaenoideos, cricoarytaenoideos laterales et posteriores, lig. laterale, rel. excurrentem. Trunculus demum iterum exit, et in crycothyreoideo sese perdit.

d) *R. us thyreoideus proprius* in substantia glandulae cum ramo thyreoideae inferioris thyreoideo cumque ramo ab altero latere variis surculis inosculatus.

Jam vero ad *subclaviam* progrediamur, ex cujus anteriore facie *art. thyreoidea inferior* prope mammariam et vertebralem oritur, et a musculo sternomastoideo atque ad superiora aliquantum et exteriora flexa mox in quatuor abit ramos notatu dignissimos, qui sunt:

e) *Transversalis scapularis,*

f) *Transversalis colli,*

g) *Thyreoidea adscendens,*

h) *Ramus thyreoideae thyreoideus*, in quo totus truncus consumitur. Flectitur scilicet sub *carotide* ad laryngis latera et repetitis contortionibus inferius glandulae thyreoideae extremum attingit. Immergitur illi et in multos ramos arboris instar divisus partim totam glandulam percurrit, partim variis locis thyreoideae superiori inosculatur. Edit:

ϑ) *R. os minores* ad ossis hyoidis et laryngis exteriores musculos, asperae arteriae superiores annulos et ganglion thyreoideum inferius divisos. Horum illi, qui laryngem petunt, laryngeam inferiorem constituunt:

ι) *R. os pharyngeos*, ad constrictores inferiores, oesophagum et posteriores laryngis musculos.

ϰ) *trachealem superiorem s. thoracicam.* Saepe duplex et triplex, quarum una cum aspera arteria in pectoris cavum ducitur, ibique supra asperam arteriam rete pulcherrimum formans cum bronchialibus inferioribus et intercostali suprema communicationem alit.

Truncus *carotidis* a chirurgo cauto facile indagatus mittitur. Attamen operator valde perturbari debet, si glandulae thyreoideae pars lateralis et profunda ita est locata, ut a *carotide* quasi perforetur, qui vero lusus morbosus ad rariores pertinet et rarissime quidem in scirrho glandulae thyreoideae tantummodo obvia contingit. Tunc in tam ancipiti casu *carotis* aut in aegri mortem eo facilius insecatur, vel magna manus dexteritas animique summa constantia requiruntur, ut glandula a carotide, qua cingitur, undique et rite solvatur.

β) Inter *venas* plurimae, eaeque quidem non spernendae cultelli applicatione offenduntur. Frequenter sunt *binae*, quae ex *subclavia sinistra*

sibi vicinae perpetuae ascendunt, et in universum locum tenent inferioris arteriae thyreoideae ejusque ramos minores comitantur. Alias altera ex ipsa *venae cavae* divisione et demum ex *jugulari dextra* aut a jugulari ejus lateris venit, aut tres omnino sunt, quarum duae e *jugularibus*, tertia a *subclavia sinistra* prodit. Rarius unica est pariter ex *sinistra subclavia* nata. Medio ex thymo ad suam glandulam adscendunt et in arcum egregium coalescunt, cumque superioribus et mediis thyreoideis etiam coëunt. *Mediae venae thyreoideae* fere duae utrinque ad venam jugularem internam pertinent, inter ejus venae originem et superiorem sui nominis natae. Cuti, spatiis cutaneis et laryngi etiam prospiciunt. Cum utroque superiori et inferiori trunco magnis anastomosibus solent convenire.

*Vena thyreoidea superior unica,* aut ex duabus radicibus in unam conjuncta, sodalis et vicina suae arteriae ad supremam sedem cartilaginis thyreoideae et ipsa nascitur editoque non raro ramo canino, aliquando etiam faciali ad cornu cartilaginis dictae, superius se applicat ante musculum sternothyreoideum adque mediam fere sedem glandulae thyreoideae tendit introrsum, truncisque suis per cornu sui lateris descendit, et inter id cornu atque appendicem egregiam coronam cum sodali perficit atque maximis per faciem anteriorem hujus glandulae ramis distribuuntur. Praeterea *venulae* adhuc complures *anastomoticae* cum jugulari externa cultro chirurgico ex necessitate subjiciuntur, profluvium igitur sanguinis est impetuosum et valde copiosum.

γ) Commercium quoque *vasorum absorbentium,* quae a facie et capite in glandulam emergunt, et partim ad superficiem perrepunt, partim percurrunt, cum iis, quae ad venas jugulares abeunt, easque concomitantur, cultello applicato prorsus tollitur,

nec minus glandulae lymphaticae, quibus externa glandulae thyreoideae superficies tegitur, auferuntur.

δ) *Nervorum* frequentia, quae sub hac operatione perscinditur, fere eadem est, quae vasorum. Ex secundo enim pare cervicali *ramus anterior*, et ex tertio pare cervicali *ramus subcutaneus colli* resecantur; pari modo perit *ramulus superior* cum nervo duro *anastomoticus rami descendentis*, quem subcutaneus colli magnus profundus emittit. *Ramus descendens nervi hypoglossi* semper perscinditur, una cum reliquis ramis, qui collum versus tendunt, item haud pauci ex iis ramis, quibus musculi tum glandulae thyreoideae incumbentes, tum eam circumdantes instruuntur. Discindi etiam solet *ramus laryngeus externus nervi vagi.* Nervi denique molles, quibus vasa nobiliora cinguntur, hinc illinc cultelli acie afficiuntur.

Strumae exstirpatione feliciter peracta partibusque tantummodo, de quibus hucusque mentio erat, laesis et discissis, vulnus adspectu horribile in conspectum venit, ita tamen, ut tam visu quam tactu partes relictae perspicue percipi possint. Si quis de hujus operationis gravitate persuasus esse cupiat, hunc ad tabulas in usum hujus thematis chirurgici ab Anatomicis pictura delineatas respiciat pervelim. Simul vero attendat partes ad oculos satis demonstratas, ut sibi conditiones scitu necessarias animo efformare ac fingere possit, sub quibus felicem glandulae thyreoideae exstirpationem exspectare liceat. En cavum illud! En copiam vasorum, quorum innumera ostia profluvium periculosissimum effundunt! en nervorum copiam et frequentiam, quorum laesio inter phaenomena mira aegrum graviter excruciat! Avertas, quaeso, intuitum a facie adhuc toleranda ad spectaculum novum adspectu longe horribilius, quod, dum partes et vasa quidem praeter necessitatem vel casu fortuito, qui

chirurgo dexterrimo et minus experto accidere potest, vel in poenam audaciae et imprudentiae Lectoribus sistitur.

2) *Partes, quae sub glandulae thyreoideae exstirpatione praeter necessitatem laedi possunt.*

Quanta ergo admiratione, quantaque laude chirurgi animus manuumque firmitas digna sunt, qui glandulam thyreoideam strumosam funditus exstirpare audeat! Quanta aversatione et poena dignus est, qui sine recta glandulae thyreoideae situs et nexus cognitione hujus glandulae exstirpationem aggredi temerario facinore audeat! Consideratio partium, quae necessario sub hac operatione chirurgica laedi debeant, simul nos docet, quam facile vel casu fortuito vel imprudentia et inhabilitate partes, etiamsi evitandae, propter vicinitatem vel inopinum casum ad aegrotantis perniciem et interitum quam facillime violari possint.

a) Praeter fibras platysmamyoidei musculares ac m. sternohyoideum et sternothyreoideum *musculus sternocleidomastoideus*, *omohyoideus*, *hyothyreoideus*, *digastrici maxillae inferioris tendo* et *venter anterior* lacerari et pertundi haud aegre possunt, inprimis si operator cultellum telae cellulosae tantummodo strenue applicare desinat.

b) *Vasa multa* sunt, quae, nisi caute processeris, laesioni supervacaneae, quin adeo periculosae et letiferae exponuntur.

α) Inter arterias praecipue *trunco carotidis externae* periculum imminet. Idem et arteriae *linguali* s. *sublinguali*, quae serpentinis flexionibus supra os hyoides ad linguam antrorsum, sursum et introrsum properat, contingere potest, idem etiam *labiali* s. *maxillari externae* s. *angulari* s. *faciali*, quae stylohyoideo et biventris tendine tecta per glandularum submaxillarium sulcum flexuose

antrorsum ascendit et supra maxillam torta oram masseteris anteriorem sequitur. Omnibus hisce ramis sanguiferis dissectis majori vel minori difficultate ligatura applicari vel haemorrhagia apto remedio sisti potest, et praesertim quidem, si rami *trunco carotidis* propiores laesi fuerint. Multo vero majus periculum imminet, si *trunco carotidis externae* incisio infligitur, isque fortuito perscinditur. Tali vulnere facto operatio sic finitur, ut sine dubio aegrotans ad plures abire cogatur. Sanguis fonticuli instar magnoque impetu prosilit, corpus profusione sanguinis non statim sistenda collabitur et languescit, vires deficiunt et aeger ultimum halitum efflat. Sunt fortasse, qui credant vel opinentur, me nimis longe in letalitate vulneris *carotidi* inflicti definienda procedere, persuasi haemorrhagiam ex *carotide secta* ortam compressione, dum de valore ligaturae remediorumque stypticorum desperandum est, facile sisti posse, quo demum arteria contraheretur ostiumque apertum clauderetur. Quin adeo exemplum de vulnere *carotidis* sanato a quodam *Caestryk* in Journal de Médecine T. XXIII. p. 452. referri audio et a *Michael. Alberti* (systema jurisprudentiae medicae Tom. I. Cas. 28. et Tom. III. Cas. 27.) hoc vulnus ad vulnera per accidens lethalia atque a *Th. A. Roosio* Grundriss med. gerichtl. Vorlesungen. Frankf. a. M. 1802. S. 183. ad laesiones etiam per se lethales referri lego. Hoc quidem facile largior, aliquamdiu haemorrhagiam tentata compressione propter aperturam *carotidis* arte clausam sisti posse; attamen valde dubito, fore ut haec strictura in perpetuum cojuvet, quin adeo eam omnino incertam esse censeo, id quod observatio in commercio literarum Norimberg. ann. 1733. Hebd. VIII. p. 61. bene docere videtur. Quod ad ligaturam attinet, recentissimum de jurisprudentia medica auctorem in medium adducam, ejusque sententiam ea de

re narrabo. *Remerus* est, qui ita disserit: „Der kühne *Astley Cooper*, nachdem er sich von der Möglichkeit der Unterbindung der carotis interna, welcher schon *Roose* a. a. O. *Valsalva* in seinen operibus cur. *Morgagni* ep. XIII. pag. 507. und *van Swieten* in Comm. in Hr. *Boerhavii* Aphorismos Vol. I. §. 17. Vol. III p. 266. das Wort reden, überzeugt hatte, hat wirklich und mit glücklichem Erfolge diese Operation gemacht. S. medical and chirurg. transact. publ. by the med. et chirurg. society of London Vol. 2. Nr. 22. Allein dennoch behält bei der nicht vorauszusetzenden überall vorhandenen Möglichkeit der Hülfe eine Verletzung der Carotis den Character einer individuell-absoluten Tödlichkeit. Was die äussere Carotis betrifft, so ist diese auch, wie die Erfahrung lehrt, mit Glück unterbunden worden. Aus diesem Grunde hat die medic. Facultät zu Halle, *Alberti* l.c., eine Halsverletzung für zufällig tödtlich erklärt; auch eben diesen Ausspruch im Falle einer Verletzung der äussern Carotis und jugularis gethan." Tom. III. Cas. 27. vid. etiam *Illustr. Ph. Waltheri* neue Heilart des Kropfes etc. nebst der Geschichte eines durch die Operation geheilten Aneurysma's der Carotis. Sulzbach 1817. p. 41. et sq. System der gerichtlichen Arzneiwissenschaft, entworfen von *Joh. Dan. Metzger*, verbessert und mit Zusätzen versehen von *Chr. Gottfr. Gruner*, erweitert und berichtigt von *Wilhelm Herrm. Georg Remer*. 5te Auflage. Königsberg und Leipzig 1820. p. 156—158.

Quaenam de his assertis nostra mens sit, ex antecedaneis partim jam elucescit, partim e subsecuturis palam fiet, quantum scilicet vel arctiores opusculi limites vel animus a contradicendi nedum cribrandi studio alienissimus permittent. — Ponamus igitur, in aegroto exstirpationem strumae esse faciendam, quae plane sit immobilis, profundius lateat et sub *vasis majoribus* quasi abscondatur atque inprimis ad in-

teriora colli vergat, ubi majora vasa sunt evitanda. Is, qui se totum dedit ad hancce operationem perficiendam, inter chirurgos artis peritissimos est referendus. Aggreditur animo intrepido operationem, et integumentis discissis, labiisque vulneris separatis usque ad telam cellulosam penetrat eamque lamellatim perscindit, arteriis et venis glandulam thyreoideam adeuntibus substrictis. Strumam a vicinis partibus plane separat, particula tantummodo, quae tanquam a *carotide* perforatur, relicta: jam vero aegrotus symptomatibus atrocissimis adeo urgetur, ut morti proximus esse videatur. Operator particulam modo memoratam adhuc rescindere vult, ne quid restet, quod novum sistat incrementum. Et profecto secatur paucillum illud, at proh dolor! paries *carotidis* posterior percellitur. Nonne vero censendum est, aegrotum inevitabili fato jam prius traditum novo isto insultu morte certissima eaque subitanea correptum iri? et etiamsi id non subito sequatur atque ligatura commode adhuc applicari possit, haecce tamen haemorrhagia enormis atque impedimentum illud circulationis in exstirpatione tali per se jam nimis periculosa mortem paullatinam adducet aegrotique animam vel sub deliriis vel etiam sub suffocatione et apoplexia efflabit. Hinc *Jo. Bohnio* (de renunciatione vulnerum Lipsiae, 1755. 8. p. 236.) perlubenter assentio, arteriarum *carotidum* diaereses impetuosas ac lethales excipere haemorrhagias, nullo auxilio plerumque coërcibiles, ideo praeprimis quod ligaturam comprimendis suis aperturis ac compescendo sanguini necessariam propter imminens hinc suffocationis et apoplexiae periculum sustinere nequeunt.

β) Quod ad venas attinet, ipsa *jugularis externa ejusque ramus anterior*, dum musculus sternocleidomastoideus adtrectatur, facile lacessitur.

Praeterea *venae jugulari internae* periculum est, si culter nimis alte immittatur.

γ) *Vasa absorbentia* cum glandulis juxta carotidem exsurgentem posita haud difficulter et violenter a cultello petuntur.

c) Complures etiam nervi facile possunt violari. Sic culter *ramum recurrentem nervi vagi, ramum externum nervi accessorii Willisii, nervum hypoglossum* ac *plexum oesophageum anteriorem* infeliciter vi sua perturbat.

d) Fieri etiam potest, ut *trachea ipsa* atque *oesophagus* a cultello corripiantur.

B) *Glandulane thyreoidea funditus exstirpanda est, nec ne?*

Non deerunt, qui glandulam thyreoideam funditus exstirpari posse prorsus negaverint, atque exempla, etiamsi maximae fidei, quae de struma feliciter exstirpata prostant, in dubium vocaverint, quin auctores ipsos, qui talia miracula scripserint, valde vituperaverint. Nihil quidem me judice facilius est, quam argumentis paullo levioribus vel speciosis ullam rem in dubium vocare, adversariumque probris absurdis malo animo offendere, attamen in hac quaestione solvenda auctoritas virorum etsi aliter sentientium mihi affirmanti obstat, quam omnino spernere non licet, at vero opinionem contrariam argumentis pro viribus atque e re ipsa sumtis in veritatis adjumentum diluere atque confutare officium est. Ita Diagnosticorum nostri aevi celeberrimus [620]) publice fatetur, glandulam thyreoideam exstirpare idem esse ac carotidem temere secare aut aliquem decollare. Hac data occasione ipse obiter confiteor, me opinioni hujus viri per longum

620) *Jo. Ernst Wichmann* Ideen zur Diagnostik. Wien 1807. 2te Ausgabe p. 73. sic etiam *A. Villanov.* l. c. p. 1192.

tempus accessisse et pro ea plurimis litteris ad *Parentem optimum* (qui strenuus exstirpandae glandulae thyreoideae defensor est) missis acribus argumentis dimicasse eamque defendisse, nec minus nego a parente argumentis idoneis in angustias me adductum esse. Nihilosecius tanta contumacia in sententia jam concepta perseveravi, ut mecum animo constituerem, sententiam meam relicta omni ratione, quae inter parentem et filium obedientem fere intercedit, publice defendere atque profiteri, idque eo magis, cum parens veritati perquam studiosus meique amantissimus litteris ad me datis veniam daret, quod demumcunque isto de argumento cogitarem et in promtu haberem, vel ipsis ejus placitis adversum, in veritatis sigillum pro lubito et absque partis alterius studio defendendi. Magna sane et mira fuit sui neglectio, quam *pater optimus* filio hac in re praestabat eaque semper sensu pio recolenda. Interea in viam me dare jussus sum et Gottingam adire, nec longum per tempus ibi commoratus proelium cruentum inter Studiosos Gottingenses et Velites Hannoveranos in Gottingae afflictae et fere pessumdatae pernitiem in urbe ipsa committitur, et nuntio a *parente* accepto non amplius cunctor, Gottingam relinquere ac Berolinum cito adire studeo, occasioneque tam eximia uti pro lubito et amore, quo chirurgiam hucusque colui. Praeterlapso et quod excurrit anno *Friderica Ackermann*, puella annorum 22., *Francofurti ad Viadrum* tegens, ad Ill. *Graefium*, quo praeside *clinicum chirurgico - ophthalmiatricum* Berolini floret, accedebat, vehementer rogans, ut eam a deformitate strumae quocunque modo liberaret. *Graefius* itaque ante omnia in causas, ortum et progressum morbi inquisivit, et ex relationibus perspexit, sequentia huic morbo ansam suppeditasse. Prima causa in praedispositione erat, mater enim et avia ejus hoc morbo laboraverant. Laxior structura totius cor-

poris accedebat. Occasionem haud dubie victus crudus dedit, qui potissimum in pane maxima ex parte ex hordeo parato, leguminosis et farinosis constabat. Morbus ortum suum duxerat ab anno aetatis ejus decimo quarto, ex quo tempore puella tumorem, qui celeriter increverat, persaepe compressit et loco suo detrusit; credidit enim, strumam sic vel plane discuti vel saltem minui posse; hoc igitur remedio, quamvis tumor potius augeretur quam decresceret, tamen per anni spatium usa est, donec parentes, cum contrarium effectum animadvertissent, illud interdicerent. Ipsi autem nunc suasu chirurgi cujusdam et nonnullorum amicorum varia remedia externa tam domestica quam pharmaceutica applicaverunt, quae licet malum minus augerent, tamen voto eorum minus consentanea fuerunt. His remediis diu incassum adhibitis puella et parentes usum medicaminum omiserunt. Et sane tumor nunc minus creverat quam illo tempore, quo auxilium in illis quaesiverat. Sed licet hoc aegrae quodammodo solatio esset, tamen successu temporis auspicabatur, et quidem recte, nullum remedium adversus hanc deformitatem superesse praeter exstirpationem.

Postquam in causas ortum et progressum morbi inquisiveramus, contrectando tumorem, qui magis ad latus dextrum vergebat ac totam fere colli regionem dextram, et manubrium sterni ac maxillae inferioris angulum versus late protensus[621]) foede occupabat et profecto magnitudine capitis infantilis aequiparari poterat, magnis instructus vasis, undique pulsabat atque ita strumae aneurismaticae[622]) signum habitu prae se ferebat, perscrutati sumus, animadvertimus, tumorem non esse immobilem nec latiorem; nam non magna vi intra muscu-

---

621) Vide in tabula prima nostr. opusc. litt. A. B. B. C. D. E. 622) Ead. tabul. lit. FF.

lum sternomastoideum dextri lateris protrudi poterat, ubi, si caput non movebatur, aliquamdiu paucillum aliquid tumoris dicto musculo tegebatur, sed levi contorsione capitis vel dextrorsum vel sinistrorsum locum suum antea occupatum rursus petebat. Tumor digitis pressus viam eam hac de causa tam facile sequebatur, quoniam puella pressione et protrusione glandulae saepius iterata non solum fibras et vasa, quae tumori nexum praebebant cum partibus vicinis, sed etiam telam cellulosam, quae sub musculo sternomastoideo reperitur et debiliores ideoque et longiores fecerat, sic ut facile tumori et prementibus digitis cederet. Omnibus his perpensis operatio *Graefio* et omnibus praesentibus unicum atque optimum remedium esse videbatur. Puellae itaque significavimus, morbum quidem indicare scalpellum, nosque suscipere velle operationem, sed non esse in chirurgo, ut aeger semper relevetur; antequam vero excisionem institueremus, haud esse alienum, si *Walthero* auctore ligatura arteriae thyreoideae superioris et quidem dextrae in struma ista aneurysmatica applicaretur. Puella, deformitatis suae pertaesa, forti animo etiam atque etiam rogabat, ut haecce operatio institueretur. Praeparavimus itaque eam alvi ductione et victu idoneo et *Graefius* operationem secundum viam ac rationem a *Ph. de Walthero* propositam exsecutus est. Ligata arteria thyreoidea superiori dextra aegrota symptomatibus atrocissimis, quae minus sanguinis profluvio pro vasis laesis parcissimo, maxime vero propter furorem atque impetum sanguinis versus ligaturam sequebantur, urgebatur. Vehementissima oborta est cephalalgia, praesertim in latere affecto, ingentes colli dolores iique valde pungentes, pulsationes in vulnere inflicto et tumore saepius in die iteratae, sanguinis susurrus in struma apertus, sensibilitas in struma, vulnere et partibus vicinis adjacentibus e. g. in maxillis, inferiori auris dextrae regione,

imo in brachio dextro fere sublata ac plane nulla, frigus iisdem in organis intolerabile et pulsus in utroque carpo saepe diversus. Quae omnia cum tantummodo per tres hebdomades perdurarent, nec ulla alia signa accederent insalubria, reconvalescebat aegrota et paullo post ex intégro quod ad vulnus[623]) sanata est. Auxilium, quod ligatura arteriae thyreoideae superioris tulerat, magnam ab utilitate non habuit commendationem; exiguum enim erat, imo plane nullum: magnitudo tumoris et nimia cutis tensio paullulum erant diminutae et insultus, qui ex pondere strumae ejusque impressione in tracheam, oesophagum et vasa nobiliora proficiscebantur, non ita vehementes ut in pristino tempore. Aegrota ab excisione strumae in ipso hocce temporis articulo facienda experimento isto infelici non deterrebatur, sed vehementer *Graeſium* rogabat, ut eam a deformitate tumoris strumosi exstirpatione radicitus instituenda liberaret. *Graeſius* itaque, fluctuantibus artis peritis, animo, ut esse solet, intrepido operationem die XIX. Januar. MDCCCXX. magna civium academicorum corona adstante aggrediebatur. Apparatus ad hanc operationem in scalpello incisorio, forfice, acubus curvatis filo instructis, hamulis ac ligaturis adhuc aliis in medium adductis, duobus uncis alcohole vini sine alcali parato et agarico, spongiis compluribus ex aqua frigida expressis, pulvillis nonnullis, emplastris conglutinantibus, linteis duplicatis tandemque fascia simplici constabat. Puella tam corpore quam animo nunc praeparata sellam in loco splendido collocatam petebat[624]), qua operatio fieri debebat; caput a

---

623) Tab. III. nostr. opusc. litt. F. 1. et Tabul. V. litt. C.

624) Aegrum *Aetio* l. c., *Fabricio ab Aquapendente* (Pentateuchos chirurgicum, Francof. ad Moen. 1592. lib. I. de Tum. P. N. p. 193.) et *Parente nostro* auctoribus prostratum decumbere oportet, ne ſedens in leipothymiam incidat.

ministro detinebatur, et crura inter se erant composita. Deinde tumoris integumenta incidit *Graefius*, lineis duabus curvis in se coëuntibus, sic ut particulam quandam cutis ovalem finiret. Plaga cutis et musculi platysmamyoidis longissime incidenda est, quae ab ea auris parte orsa, quae angulo maxillae inferioris respondet, usque eo producatur, ut finis unum pollicem inferior eo loco sit, a quo manubrium sterni initium facit. Sedata arteriarum muscularium cutanearumque per ligaturas haemorrhagia hanc partem intermediam cutis nunc separabat, ut et tumor ipse melius exscindi et postquam resectus esset, integumenta per incrementum glandulae praeternaturaliter extensa et superflua facta aptius adduci possent, neque cicatrix mala evaderet. Sanguis jam multus ex arteriis et venis erumpens impediebat, quo minus operationem statim tuto et commode prosequeretur. Hoc profluvium sanguinis, quod jam praevidebat, *Graefium* non terrebat, licet vasa discissa per extensionem debiliora et hac de causa majora reddita. Id enim in plerisque tumoribus chronicis praesertim scrophulosis, ubi et saepe vasa varicosa reperiuntur, fieri solet. Depletionem vasorum discissorum promovebat, imbibebat et abstergebat, usus ad utrumque spongiis ex aqua frigida expressis, ut, quid et ubi secaret, bene intelligeret. Haec detersio eo magis necessaria erat, quo magis tunica glandulam obvolvens tenuata esset, et quo facilius a tumore separari et relinqui posset, in novum postea tumorem succretura. Remota itaque parte intermedia cutis et remittente sanguinis fluxu minister unco duplicato labium vulneris sinistri lateris arripiebat, et trahendo a tumore removebat, interea uncum alterum tumori infixum versus latus dextrum dirigebat *Graefius* ad telam cellulosam et vasa, quae tunicam tumoris cum partibus adjacentibus nectebant, aliqua ex parte extendenda, ut cultro facilius et securius praescindi possent, locusque

daretur tumorem, quoad ejus fieri posset, digitis deglubendi, aut in locis, ubi id fieri non poterat, cultro resecare. In locis, ubi major resistentia erat, quam ut solis digitis agere potuisset, operator cultro utebatur. Quemque vere ramum arteriosum ligabat perscissum, ne haemorrhagia inde orta operationem retardet et impediat. Tandem truncos arteriae thyreoideae superioris et inferioris denudabat, ligaturam faciebat eosque perscindebat et parcissimis tunc incisionibus tumorem toto ambitu a partibus vicinis sejungebat. Strumam cum larynge, trachea et oesophago [625]), cum arteria carotide et vena jugulari [626]) ac cum nervis nobilioribus tam antrorsum quam retrorsum arctissime coalitam ab iis partibus quam mollissime potuit, secernebat, eamque eximebat. Hac tali ratione omnis tumor e suo loco, quem antea occupaverat, remotus est. Reliqua ora vasorum minoris ponderis resectorum sanguinem plorantia contorsione cum apice digiti facta, penicillo vini alcohole imbuto, agarico spongiisque ex aqua frigidissima expressis *Graefius* obturavit, sanguinis fluxu modis jam dictis sedato et cute a sanguine adhaerente purgata, illo tamen, qui superficiem internam vulneris contegebat, relicto (scil. ne forsitan ora vasorum a sanguine hoc coagulato occlusa, denuo hac purgatione aperirentur) cavum, quod tumor occupaverat, linteo carpto et spongia bene praeparata immissis replebat operator, deinde labia vulneris emplastris adeo adduxit, ut sese non contingerent, sed aliquantum hiarent, quo humores affluentes liberius emanare possent. Magna patientia, maxima manuum dexteritas et dimidia horae pars requirebantur, ut exstirpatio tantae congeriei strumosae et quidem valde reconditae partim cultelli incisionibus, partim ope digi-

---

625) Tab. II. litt. F. 1. F. 2. F.' 3. et Tab. IV. litt. E. E.
626) Tab. II. litt. G. G. et Tab. IV. litt. FF.

torum quasi enucleando penitus et fausto exitu absolveretur. Manui *Graefii* proximus cunctis operationis momentis omnem animum et sensus adverti sedulo, eoque salva religione a me conditiones omnes adnotatas esse, sub quibus solum et tantummodo glandula thyreoidea penitus exscindi possit, publice hic fateor. Inprimis hoc adnoto, musc. sternohyoideum et sternothyreoideum atque arteriam thyreoideam superiorem et inferiorem lobulos undique perforantem cum ramis suis hamuli ope ante discissionem elevata esse, ut eo magis spectatores persuaderentur, glandulam thyreoideam ipsam sese habere adfectam. Praeterea post strumam exstirpatam cavum illud adspectu horrendum cum partibus designatis admodum conspicuis aderat, quibus illud impletur. Ad longitudinem musculi sternocleidomastoidei digitum indicem immittebam, eoque ad vasa colli majora applicato hasce arterias fortiter pulsantes tam tactu sentiebam, quam visu conspiciebam, ramus recurrens nervi vagi, plexus oesophageus anterior, nervus hypoglossus, trachea et oesophagus atque musculi profundius latentes plane erant usque ad manubrium sterni denudata. Hoc et plures adstantes comperiebant. Exciso lobulo glandulae thyreoideae dextro, qui multo magis erat conspicuus, quam lobulus sinister, atque ab eo plane divisus reperiebatur, cultellus, ut res et tempus *Graefium* monuit, parti etiam sinistrae[627]) erat applicandus. At, quod sane erat dolendum, aegrota symptomatibus atrocissimis, quae minus sanguinis profluvio pro vasis laesis parcissimo, maxime vero propter nervorum discissorum ac compressorum copiam sequebantur, adeo urgebatur, ut morti proxima esse videretur. Ex hactenus dictis ergo patuit, a continuanda exstirpatione prorsus esse abstinendum.

---

627) Tab. III. nostr. opusc. lit. A. B. C. D. E. E.

Operationem factam magna difficultas deglutiendi, respirandi, et vehementissima febris inflammatoria sequebantur, quae vero utraque subsequente suppuratione evanuerunt. Ad inflammationem et febrem hanc concomitantem mitigandam interne temperantia ex nitro et cremore tartari cum ptisana avenae tenui acidulata, quibus et victus reliquus respondebat, porrigebantur; extrinsecus toti anteriori colli parti imponebantur fomentationes frigidae, aqua glaciali paratae, quas fascia simplex retinebat. Suppurationem, quae post aliquot dies succedebat, unguento digestivo chirurgorum pulvillis illito et epithematis juvabat *Graefius*, ut purgaretur vulnus et carne nova impleretur. Paullo post infestissima oboriebatur tussis ex nimia nervorum et systematis sanguiferi irritatione proficiscens, ad quam mitigandam et prorsus tollendam a *Graefio* extractum hyosciami atque aqua lauro - cerisi commendata sunt, et quidem felicissimo eventu. Cum haec omnia ex voto succederent, quotidie labia vulneris emplastris conglutinantibus adducebantur, donec cavum carne repletum esset, cujus nimium incrementum aqua vegeto - mineralis Goulardi, qua madebant penicilli, cohibebat. Ad scopum hunc melius impetrandum et simul omnes reliquas partes operatione debilitatas corroborandas aliud epithema ex decocto aquoso corticis peruviani et chamom. superimponebatur. Et sic parva et aequalis cicatrix[628]) nata est. Puella igitur sanitate restituta nobiscum omnibus gaudio exultabat, et Deo O. M. gratias agebat; jam vero in patriam urbem animi relaxandi causa profecta est, ex qua die I. Jun. anni ejusdem satis robusta rediit. Statim in Clinicum *Graefii* est recepta eodemque die a residua adhuc strumae parte feliciter scalpello liberata. Symptomata operationem sequentia et curatio ad ea fuganda a *Graefio* su-

628) Tab. III. nostr. opusc. litt. F. 2. et. Tab. V. litt. B. B.

scepta prioribus palam respondebant; non igitur est, quod moneam. Nihilominus reconvalescebat aegrota et paullo post ex integro sanata[629]) est. Quod ad *numerum vasorum* attinet, quae *discissa* et *ligata* sunt, tantum adnotavi, quantum *quinquaginta et tres arterias* aequat. *Pondus*[630]) strumae excisae inventum est 2½ ℔.

Nunc in tumoribus, quae tactu et visu invenimus, exponam. Extrinsecus tunica[631]) tumoris duarum linearum crassitiem aequans vasisque[632]) majoribus instructa, oculis se objiciebat, deinde in ea parte, ubi glandula cartilaginibus cricoideae, thyreoideae et superioribus tracheae imposita erat, pauca substantia, sana adhuc visa, simulque sulcus[633]), qui etiam in sana glandula interdum reperitur, et eam quasi in duos lobulos dividit, in conspectum veniebat. In utroque lobulo tetigi ora arteriarum thyreoidearum superiorum et inferiorum resecta. Haec et alia signa nos nunc certiores faciebant, tumorem resectum vere fuisse glandulam thyreoideam. Cum tumorem manui impositum digitis disquirerem, fere tota dimidia ejus pars, quae latus sinistrum spectabat, durissima, reliqua vero, eademque multo major digitis tangentibus facile cedere visa est, mollis erat, elastica et in basi latissima[634]). Ut, quid in illa intus esset, scirem, scalpellum parti durae erat admovendum, quod vero *Graefius* importune aversatus est. Sine dubio cartilaginosa haec erat pars et meo quidem judicio a particulis crassioribus humoris alicujus resorptione partium ejus fluidarum relictis et successiva appositione in speciem massae cartilaginosae degeneratis ortum suum duxisse videtur. — Tan-

629) Tab. V. nostr. opusc. litt. A. A. B. B. C. 630) Tab. II. nostr. opusc. litt. A. et Tab. IV. litt. A. 631) Tab. II. et IV. lit. C. C. C. C. et B. B. B. B. 632) Tab. II. litt. E. E. et Tab. IV. litt. C. C. 633) Tab. II. litt. D. et Tab. IV. litt. D. 634) Tab. II. litt. B.

tum de exstirpatione glandulae thyreoideae strumosae; res enim et tempus postulare videtur, ut vela contraham et in portum navim conjiciam; quae enim in tali re sunt demostranda, pro viribus sum exsecutus: an haec recta sint, nescio, certe non a re aliena aut inutilia esse confido. Nam in adumbranda ista historia et ab erroribus vindicanda, quantum operae studiique posuerim, mihi ipse sum conscius, quantum autem profecerim, Vos judicabitis, quos maxime in hoc libello conscribendo tanquam arbitros spectavi.

Jam vero longe hic absit a lectore suspicio, qua culpari possim, me ea ex causa tantummodo hoc novum exemplum glandulae thyreoideae penitus et feliciter exstirpatae a me vulgatum esse, ut quasi scriptoris corrupti instar *Graefii* dexteritati et intrepido animo, quo in arte chirurgica valet, monumentum posuerim, eoque sententiam de glandulae thyreoideae exstirpatione habitam defenderim. Neutiquam. Modestiam sane hoc ex fine violassem, si famae *Graefii* jam satis celebratae et confirmatae calculum novum eumque supervacaneum addere voluissem. Ratio vero potius eo tendit, ut cogitata nostra circa sententiam a variis varie tentatam experientiae purae fide uberius confirmem. Huic recentissimae glandulae thyreoideae excisae historiae, in qua tantummodo momentorum praecipuorum rationem habui, argumenta debita addo, quibus quaestionem, an glandula thyreoidea funditus absque omni periculo exstirpari possit, affirmare in animo est. Ideoque singulis oppositionibus hucusque non factis quidem, sed qualescunque ullius momenti proponi possint, pro viribus respondebo.

1) Prae caeteris objicitur, glandulam thyreoideam exstirpare idem esse ac *carotidem secare* aut *aliquem decollare.* Quicunque haec publice confitetur, a vero nimis longe procedit. Etiamsi trunci carotidis, tracheae et oesophagi connexio cum glandula

thyreoidea sane maximi momenti sit, minime tamen hinc sequitur, ut sub hac operatione organa illa semper insecentur. Haec ratio si in omni operatione chirurgica, sub qua vasa majora facile tangi, quin laedi possunt, v. c. in herniotomia valeret, de salutiferis chirurgiae fructibus actum esset. Tunc enim in tam ancipiti casu, qualis hic fere est, manum removere, aegrumque sorti tristi committere consultius esset, quam medelam artem chirurgicam in aegri salutem adhibere. Interea experientia edocti scimus, talia impedimenta a chirurgo si artem suam partium cognitione anatomica certiorem fecerit, bene removeri posse. Eadem ratio in exstirpanda parotide habenda est, dum obstacula, quae facile operatori in aegrotantis vitae minas sistuntur, ab eo superentur, necesse est. Hoc vero omnium optime fit, si chirurgus satis callet arte cultellum gerendi, nec partes praeter necessitatem dissecandi. Encheiresis in hac operatione non ad morem lanionum, magis vero anatomici exercitati observanda est, de qua plura infra dicendi occasio est. Praeterea status pathologicus, in quo glandula thyreoidea strumosa versatur, eandem encheiresin valde promovet, dum illa durities fines eo melius determinat, in quibus tantummodo culter agere debeat. Haec vero omnia si imprudenter et inconsulto negligantur, facile fieri potest, ut carotide dissecta aeger subito interficiatur.

2) *Profluvium sanguinis* in vasis carotide integra discissis ortum difficili tantummodo arte sisti eoque aegri vita in discrimen vitae summum committi potest. Primo intuitu hujus argumenti omnis glandulae thyreoideae exstirpatio contraindicari videtur. Attamen multa ita argumentanti objicienda in promptu sunt. Haemorrhagiam propter copiam vasorum tam arteriarum quam venarum perquam frequentem esse, ejusque inhibitionem propter spatium saepe angustius, intra quod sanguinis fluxus evenit, absque ulla dif-

ficultate suscipi nullo modo negatur. Sed refugium ad naturam haemorrhagiae ipsius atque artem chirurgicam nodum opinatum solvit. Dum enim glandula thyreoidea strumosa ex cavo, cui intruditur, vel manu vel filo trajecto vel hamulo applicato protrahitur, arteriae extenduntur et discissae demum eo facilius contrahuntur, quale phaenomenon in membris vi quadam e trunco corporis ereptis videmus. Telae cellulosae vis sibi propria, id est, vis contractilis. hoc perquam adjuvare videtur. Quae tamen inter arterias dissectas non sua vi clauduntur, his manus chirurgica commode applicari debet, dum vel deligatio vel compressio tentari oportet. Hoc vero dictu expeditum, actu difficillimum hanc operationem valde praegravare solet. At non desperandum est, sed magis cogitandum, quanta dexteritate et patientia chirurgi artis peritissimi haemorrhagiam sub glandulae parotidis exstirpatione difficillima ortam sedaverint.

3) *Nervorum vix evitandorum numerum* eorumque nexum et anastomosin propter symptomata systematis nervosi affecti, quae semper superaccedunt, computare oportet. Sane nexus glandulae thyreoideae cum nervis docet, huic glandulae multos nervos et ob anastomosin valde aestimandos impertiri, vel glandulae thyreoideae proximos esse, attamen haec ratio nervorum sequelarumque illarum actionis laesae anxia et fere nimis anatomica est. Centies et fere quotidie in multiplicibus affectionibus et vulneribus externis, quae vel casu vel manu chirurgica corpori humano incidunt, experimur, systema nervorum longe vehementius, quam hic solet, affici, quin ex eo lethale quidpiam in aegri detrimentum redundet. Caeterum trunci nervorum, qui sub glandulae thyreoideae exstirpatione insecantur, pauci sunt, eoque symptomata non adeo vehementia timenda, et si quae accesserint, per se

vel remittunt, vel arte remediisque aptis haud aegre sedantur.

4) *Observationes* complures, quae de glandula thyreoidea exstirpata exstant, admodum *incertae* sunt, eoque vix pro argumentis sumi haberique possunt. Jam supra plerasque observationes hac de operatione factas ipse in dubium vocavi. Sic saepius pro struma mox sarcomata[635]), mox congeriem glandularum lymphaticarum scirrhosarum [636]), mox tumores cysticos[637]) exstirpatos esse, verosimillimum mihi videtur. Attamen non cuncta illa observata dubia sunt, nec prorsus ut rejiciantur, merentur. Jam *Galenus* lib. I. de locis affectis cap. 6. notat, secuisse aliquem puero strumam in profundo in collo incumbentem et inter secandum vas quoddam unguibus evellendo nervos recurrentes distraxisse, et hoc pacto puerum a struma quidem liberasse, sed mutum una reddidisse; magnam etiam cautionem in hacce operatione propter viciniam art. carotidum et venarum jugularium esse adhibendam, ne illis vulneratis haemorrhagia maxima praesto sit, quae difficulter possit cohiberi, idem est primus auctor atque inventor. Bene igitur *Galeno* duce circa has operationes monendum est, ne remedium sit gravius morbo et si prodesse non possimus, saltem ne noceamus. *Celsus* autem anatomiae haud satis peritus in libro VII. de medicina cap. 13. hanc operationem haud graviorem periculosioremque, quam exstirpationem tumoris cystici commendat. Jam vero *Paulus Aegineta* de re medica lib. VI. cap. XXXV.

---

635) *Hoin* in memoires de l'academie de Dijon T. 1. 1769.

636) *Joergens* diss. de scirrhis glandularum colli maximis feliciter exstirpatis. Helmst. 1777. — *Forestier* in Journal de Médecine, Chirurgie et Pharmacie 1791. Tom. LXXXVII.

637) *Mursinna's* neue medic. chirurgische Beobachtungen, p. 233. Berlin 1796.

Vol. I. p. 564. *Aetius* Tetr. IV. serm. III. cap. VI Vol. II. p. 743. ex edit. *Henr. Stephani* et *Albucasis* Praef. P. I. et II. cap. 42. 44. de hacce operatione, quae summam prudentiam moderationemque desideret et maximum afferat periculum, paullo uberius et distinctius disseruerunt, quorum *Aëtius* atque *Albucasis* historias aegrorum tum inter operationem ex vocalibus nervis rescisis voce privatorum, tum ex haemorrhagia defunctorum enarrant. Pro optima et compendiosissima strumarum sanabilium curandi methodo habetur maximeque commendatur a *Marco Aurelio Severino* in lib. de efficaci medicina p. 119. qui in sexcentis se feliciter hac methodo usum esse scribit. *Paracelsus* curationem strumarum proponit actualem per cauteria actualia vel sectionem perficiendam; vid. *Joh. Dolaei* encyclop. chir. ration. Francof. ad M. 1689. p. 618. *Willisius* in majori malo remedia haec aliaque parum praestitura cum aliis fatetur, unde, si tumor nihilominus adimendus sit, ad operationem chirurgicam circumspecte instituendam transitum admittit. (*Dolaeus* l. c. p. 620.) *Dolaeus* ipse in sectione strumarum eo respiciendum esse putat, ne magna vasa sanguifera aut nervi laedantur, l. c. p. 626. Non minus tam *recentiores* quam *recentissimi chirurgi* de strumis exstirpatis observationes communicarunt, quae modo *prosperum* modo *lethalem* habuerunt *exitum*.

1) *Mortis ipsa causa fuit strumae exstirpatio secundum observationes* *Fabr. Hildani*, Observ. Tom. II. p. 399. — *Benjam. Goochii*, medical and chirurgical Observations as an Appendix to a former Publication by *B. G.* Lond. p. 166. *Richteri* chir. Bibl. 2ter Bd. p. 128. Göttingen 1772. *Friedr. August Weiz* neue Auszüge aus Dissertationen für W. A. 1ster Bd. pag. 172. Frankf. et Leipzig 1774. — *Thedenii* neue Bemerkungen II. Th. p. 3. —

*Alix* observ. chirurg. Fasc. I. p. 33. — *Bertrandi* l. c. p. 395. — *J. Palfini* anatomie chirurgicale par *A. Petit* Tom. II. Paris 1753. p. 315. a. d. Franz. ins Deutsche von *Joh. Wilh. Widmann.* 2ter Bd. pag. 281. Nürnberg 1764. — *Kaltschmidtii*, Prof. quondam Jenensis, teste *Thedenio* in ejusd. Bemerkungen Th. 2. p. 109. — de *Sieboldi*, sicut ipse in operibus suis posteritati commendatum reliquit. — Illustris *Langenbeckii*, cel. *Iuengkenio* testante: Qui vir in radice glandulae thyreoideae strumosae a vicinis partibus penitus solutae ligaturam applicavit, ut sensim sensimque constringendo omnem sanguinis influxum impedire possit, quo facilius tumoris suppuratio vel sphacelus subsequatur, et struma tandem marcida sponte decidat. Die vero decimo tertio post operationem factam ingens ad aegrotantis perniciem et interitum superveniebat haemorrhagia, quae neque exstirpatione strumae radicitus peracta, nec ullo alio medicamento sisti poterat. — *Kleinii* Observ. über die Ausrottung verschiedner Geschwülste, besonders jener der Ohrspeicheldrüse und der Schilddrüse in *Graefii* et *Ph. de Waltheri* Journal für Chirurgie und Augenheilkunde. Berlin 1820. 1ster Bd. 1stes Heft p. 120—130. Consulere non pigeat *Hufelandi* Bibliothek der pr. Heilkunde. Berlin 1820. 6tes St. Jun. p. 323—324. ubi is, qui hancce strumae exstirpationem a *Kleinio* factam critice censuit, locutus est his verbis: „Referenten drängt sich hierbei die Frage auf: war eine solche doch immer zu den bedeutendsten und gefährlichsten zu rechnende Operation bei einem so schwächlichen für sein Alter ungewöhnlich kleinen (er war eilf Jahre alt und seine Länge betrug nicht die eines gewöhnlichen fünfjährigen Kindes) dabei zugleich taubstummen Knaben, bei einem Jungen, der zwar gehen konnte, aber immer geführt werden musste und dabei wankte, auch wirklich für angezeigt zu erachten? War nicht bei einer

genauen Berücksichtigung aller obwaltenden Umstände die augenscheinliche daraus hervorgehende Lebensgefahr vorauszusehen? Und that man unter solchen Umständen nicht besser, nichts zu unternehmen und abzuwarten, ob die Natur im Stande seyn wird, dem Kranken zu einem kräftigern Alter und Gesundheitszustande hinzuführen, da, wenn dies nicht der Fall seyn sollte, wohl sicher auch die Kräfte zu dem Ueberstehen einer so bedeutenden Operation ermangeln möchten? Nonne etiam in tali casu mecum exclamabis?

— — saepe acri potior prudentia dextra est!

2) *Nonnisi aegerrime aegroti vita servata est auctore Goochio* l. c. pag. 134.

3) *Feliciter peracta est exstirpatio glandulae thyreoideae Fabricio ab Aquapendente* et *Dionisio* auctoribus, vid. *Ernst Anton Nicolai* Recepte und Curarten etc. 2ter Bd. p. 174. — *J. de Muraltio* observ. chir. Basil. 1691. 8. n. 18. — *Verduino* observ. chir. s. auct. II. ad *Sculteti* armamentarium, L. B. 1693. 8. in plur. locis. — *Ephem. nat. cur. Dec. II.* Ann. V. obs. 226. p. 453. — *A. Friedr. Vogelio* observ. quaed. chir. Kilon. 1771. 4. obs. I. — *Joh. Henr. Freytagio* epist. grat. de glandulae thyreoideae partim osseam, partim meliceridis speciem referentis exstirpatione. Lips. 1778. Cfr. *Weiz* neue Auszüge aus Dissert. für W. A. IX. Bd. p. 66—68. — *Desault* in Journal de Chirurgie Ann. II. Tom. III. p. 3. Paris 1792. Cfr. ejusdem auserles. chir. Wahrnehmungen. Frankf. a. M. Bd. V. p. 3. et ejusd. chir. Nachlass, herausgegeben v. *Wardenburg*. Göttingen. II. Bd. p. 3. 4. Th. — *Kergel* in *Bernsteins* Handbuch 1r Bd. 5te Ausg. S. 752. Leipzig 1818. Nuperrime *Weissius*, medicus quondam Dresdensis, *Koberweinio* teste, Cel. *Ohlius*, Prof. Chirurgiae in Academia Dresdensi medi-

co-chirurgica, *Graefius* et *Parens noster* glandulam thyreoideam strumosam felici successu exstirparunt. *Graefius* hancce operationem *ter* exsecutus est dextero fato, et *Parens noster* *sexies*, in quarum altera a *Patre nostro* *arteriae sexaginta tres* discissae atque ligatae sunt. [638]) Praeterea nullus est ejus rei insignis auctor. Hi ergo viri, si velint et possint, argumenta nostra sine ira et partium studio in utramque partem deliberent, quibus concludimus:

Ergo

*Glandula thyreoidea strumosa funditus exstirpanda est.*

C) *Commoda, quae glandulae thyreoideae strumosae exstirpationi inserviunt.*

Sane perquam mirum est, exstirpationis istius methodum a plurimis chirurgicis auctoribus plane neglectam esse, ita quidem, ut de hac re scriptores cum poëta rari nantes in gurgite vasto dicere possint. Nisi inter systematicos *Paulum Aeginetam*, *Aëtium*, *Severinum*, *Dionisium*, *Heisterum*, *Palfinum*, *Fodereium* et *Desaultium*, inter monographos *Vogelium*, *Freytagium* et *Kleinium*, et denique illas singulas observationes jam citatas exceperis, facile concludere poteris, vel strumam rarissimis morbis adnumerandam, vel si struma adfuerit, sedem morbi omnino ignoratam et hunc male cum tumoribus tunicatis commutatum esse. Ideoque vix dubito, exstirpationem glandulae thyreoideae saepius, quam credideris, a chirurgis felici aut infelici eventu peractam esse, quin de operationis gravitate ipsi persuasi fuerint, id quod in

---

638) Journal der Chirurgie und Augenheilkunde, herausgegeben von *C. Graefe* und *Ph. v. Walther.* 2ter Bd. 2tes Heft pag. 240. Berolini 1821.

multis tumoribus in hacce regione positis et magnitudine insignibus, quales veteres medici sistunt, contigisse videtur. Jam vero *quasdam cautiones* sub exstirpatione glandulae thyreoideae observandas breviter et carptim jam praegressis adjungam. Plura adjumenta et encheireses certe adsunt, quas respicere et observare chirurgi glandulam thyreoideam exstirpaturi est, ne manu imprudenti et temeraria carotidem vel subclaviam cultello proximas attingat, adeoque vitam aegri periculo exponat. Situs nexusque glandulae thyreoideae cum carotide et subclavia, ex quibus vasa recipit, satis superque docet, quam facile hoc contingere possit. Itaque eo magis operator ad ea attendat, quae sibi vel evitanda vel notanda sunt. Hunc ad finem sequentibus opus esse puto.

1) Operator discissis integumentis (optime incisione ad myrti folii figuram a mento ad manubrium sterni versus observata, vel si unus tantummodo lobulus glandulae thyreoideae exstirpandus est, duabus lineis in regione anguli maxillae inferioris et manubrii sterni in se coeuntibus, sic ut particulam quandam cutis ovalem sistant [639]), labiisque vulneris hucusque superficialis separatis ad telam cellulosam strumae proximam respiciat eamque lamellatim perscindat necesse est, eam ob causam, ut vasa minora dissecta, quibus glandula thyreoidea nutritur, intra telam cellulosam retrahantur eoque sanguinis profusio ex iisdem progressa absque ulla difficultate sedetur.

2) Ut tumor magis in conspectum veniat ejusque ambitus et nexus cum vicinis partibus undique facile visu et tactu percipiatur, lento modo et continuo protrahi debet, id quod vel ope manus vel hamuli in stru-

---

639) Sectio enim transversa *Aëtio* jam auctore l. c. plane est incommoda collo, quum vasa et nervi recta porrigantur.

mam infixi vel filo cerato per tumoris partem mediam ducto haud aegre allevatur.

3) Praeter cultellum chirurgus manubrio scalpelli aut digitis utatur, eorumque ope absolvat, quae sine instrumentis tuto perfici possunt, suadendum est. Tumor tela ab omni latere circumdatus indice digito atque a tela caute et sensim solvi aut quasi enucleari debet.

4) Culter semper ita est applicandus ac dirigendus, ut chirurgus operans incisiones ad partem vasorum et nervorum nobiliorum oppositam instituat. Praeterea eadem encheiresis inprimis observari debet, quoniam in parte inferiori et interiori praeter carotidem atque subclaviam vicinam plura adhuc vasa in fundo serpunt, ex quibus glandula thyreoidea vel ramulos accipit, vel quibus ipsa proxima est. His enim percissis haemorrhagia orta operationem valde retardat, imo aegrum in haud leve vitae discrimen ducit.

5) Simulac vasa majora sunt detecta, leviter ad latera a ministro deprimenda sunt, et cavendum, ne venae jugulares et arteriae carotides aut subclaviae ac nervi recurrentes laedantur.

6) Quisque fere arteriae thyreoideae ramus perscissus statim est ligandus.

7) Truncis arteriae thyreoideae superioris et inferioris denudatis ligatura a chirurgo est applicanda, et tunc demum sectio facienda.

8) Si quis vero ob timorem sive ob strumae connexum cum partibus vicinis subjacentibusque consultius habet, cultrum a fundo caveae, cui glandula thyreoidea intrusa est, removere, is optime aget, si dissectis integumentis et parte modo tumoris ad vitae periculum evitandum scalpello ablata remanentem partem causticis sensim destruit [640]), vel etiam, si sub tumida

640) *Theden's* neue Bemerkungen II. Th. p. 168. — *Callisen*

glandula thyreoidea, quantum poterit, a vicinis partibus soluta ligaturam cum filo cerato applicat, ut sensim sensimque arctius constringendo omnem sanguinis fluxum impedire possit, qui toto tumore cum cultello exstirpato evitari vix potest. [641]) Ramis glandulam thyreoideam adeuntibus aliquando substrictis, tumor ad radicem usque exciditur, et haemorrhagia eo aut supprimitur, aut facile demum sistitur. Glandula igitur thyreoidea feliciter exstirpata sanguinisque profusione ex vasis omnino sedata vulneri aperto spongia cera praeparata frustillatim in caveam immittatur, quod partim fascia firme vulneri applicata, partim manu admota per aliquod tempus comprimi oportet, quo certius sanguis omnis reprimatur.

D) Transeo nunc ad consignandos eos affectus morbosos, in quibus solis haec operatio *indicata* esse potest, in enumerandis hisce affectibus, plagularum angustia coactus, aphoristica brevitate usurus.

*Locum vero habebit*, et pro re nata juvabit exstirpatio glandulae thyreoideae:

1) Si eximia strumae moles apparet, ac nimium ejusdem adest et continuum incrementum.

2) Si vitae periculum ex suffocatione aut apoplexia ob prementem magnae molis strumam imminet; consilium igitur *Astruccii* l. c. p. 205. aliorumque plane contemnendum arbitror, quod eam mature, tumore adhuc parvo, suscipere suadet.

3) Sic struma limitibus distincte conscripta, mobilis, magis prominens et partibus vicinis non arcte adhaerens sine vitae periculo exscindi potest. Quae vero plane est immobilis, profundius latet, et sub vasis majoribus absconditur ab iisve quasi perforatur, ac latior est, majusque spatium occupat, et radices late

---

l. c. p. 107. — *J. L. Schmuckers* verm. chirurg. Schriften, II. Bd. p. 175. 641) *Starkius* et *Langenbeckius* l. c.

spargit atque ad anteriora colli vergit, ubi majora vasa sunt evitanda aut nervis recurrentibus connectuntur, haec difficilius et non sine periculo secatur, unde potius ferro non attingenda est. Vasa enim nobiliora ibi facile lacerantur vel scinduntur, quae haemorrhagias enormes, imo saepe lethales excitant, vel si nervi recurrentes laeduntur, aegri obmutescunt.

4) Quodsi varia remedia tam externa quam interna diu incassum adhibita sunt, quae licet malum minus augerent, tamen voto medici minus consentanea fuerunt.

5) Nulla dispositio atque proclivitas in affectiones spasmodicas et inflammatorias.

6) Structura denique totius corporis robusta, ac bene nutrita, habitus sanissimus.

Ex hucusque dictis etiam, ni fallor, elucebit, quae sint res, exstirpationis glandulae thyreoideae usum tum limitantes ambiguumque saltem reddentes, tum plane vetantes. Quis est, quin hoc e nostra disputatione videat? Non igitur habeo, quod pluribus admoneam; quae enim in tali re sint demonstranda, sumus exsecuti. —

Jam vero peracto, quod propositum mihi fuit, opere, denuo *Lectorum doctissimorum* invocanda mihi est indulgentia, quam haud mihi defuturam esse spero, cum summa profecto cura, neque sine aliquo labore, quae apud medicorum principes de glandula thyreoidea tam sana quam morbosa inveni, congesserim, ita ut haud inutile hocce meum opusculum fore credam. Quae quum ita sint, me hinc etiam, ni fallor, aliquam forsan gratiam ab aequis placidisque rerum medicarum ac chirurgicarum aestimatoribus initurum, fere confido, quod hoc quidem argumentum haud exigui profecto momenti paullo diligentius hactenus pertractavi: praesertim quum id ipsum, ut supra jam monitum, nescio quare, neglectum nimis et

intractatum huc usque relictum fuerit cum ab iis scriptoribus, qui de physiologia, pathologia et therapia in universum, tum etiam ab illis, qui de omnis generis tumoribus vastos commentarios condiderunt: quum tamen salutis, quin et ipsius adeo vitae venustioris sexus quam maxime intersit, hunc quidem tumorem frequenter obvium, ob summum periculum exinde metuendum, non rudi quasi brachio temere contrectasse, sed potius, prudentissima cum circumspectione, ac suspensa, et oculata veluti manu, blandissime attigisse. — Aperui etiam, quantum fieri potuit, meam sententiam de nonnullis quaestionibus tam physiologicis, quam pathologicis et therapeuticis; an vera sint, quae hanc in rem attuli, nescio; certe neque aliena neque inutilia fuisse confido; a me enim valde laboratum est, ut *Lectoribus* faciliorem ad has quaestiones intelligendas aditum praepararem. Jam vero nihil reliqui esse arbitror, nisi ut *Te*, quem maxime in hoc libello conscribendo tanquam *arbitrum* spectavi, obsecrem et obtester, judices, an recte his de quaestionibus sentiam, quae res ad *regem*, ut *Tu* es, pertinet; *Tu* si probaveris ea, quae judicio *Tuo* subjicio, et *Te* favere industriae meae, optimeque animatum *Te* esse in mea studia significaveris: ego me, quae summa sunt, omnia consecutum existimabo. —

---

## Tabularum explicatio.

### Tab. I.

A. Pars dextra glandulae thyreoideae strumosae.

B. B. Tumor totam fere colli regionem dextram occupat, et profecto magnitudine capitis infantilis potest aequiparari.

C. D. E. Mentum et manubrium sterni, ac maxillae inferioris angulum versus struma ista radices spargit iisdemque in locis profundius latet.

F. F. In integumentis strumae communibus vasa sanguifera plena eademque livida tenduntur et quasi incurvantur, sic ut animantis cancri diductos pedes similitudine quadam representent.

### Tab. II.

A. Struma ipsa funditus exstirpata.

B. Basis ejus latissima.

C. C. C. C. Tunica tumoris duarum linearum crassitiem aequans.

Sulcus, qui saepius quoque in glandula thyreoidea sana reperitur eamque quasi in duos lobulos dividit.

E. E. Vasa sanguifera, quibus tunica strumae aneurysmaticae est instructa.

F. 1. F. 2. F. 3.

1) Cornu dextrum glandulae thyreoideae strumosae, quod cum larynge tam antrorsum quam retrorsum arctissime erat coalitum.

2) 3) Caetera pars glandulae thyreoideae strumosae cum trachea et oesophago toto ambitu connexa.

G. G. Paries dextra lobuli istius tanquam a carotide et venis jugularibus perforabatur.

## Tab. III.

A. Lobulus strumae aneurismaticae sinister.

B. Tumor iste ad sinistram partem magis vergit, et quam maxime ad interiora colli protenditur.

C. D. Situs ejus versus mentum et manubrium sterni.

E. E. Integumenta communia vasis sanguiferis instructa.

F. 1. F. 2.

1) Cicatrix ex vulnere, quod ad ligaturam arteriae thyreoideae superioris faciendam inflictum est, proficiscens.

2) Cicatrix parva et aequalis, quae post partis dextrae strumosae exstirpationem remanebat.

## Tab. IV.

A. Struma sinistra radicitus exstirpata.

B. B. B. B. Tunica tumoris.

C. C. Vasa majora in superficie strumae serpentia.

D. Sulcus, de quo jam locutus sum.

E. E. Ea pars strumae, quae cum trachea et oesophago erat coalita.

F. F. Particula strumae, quae profundius latebat et sub vasis majoribus abscondebatur.

## Tab. V.

A. A. Superficies colli externa naturae prorsus congrua: vulneris partes, quae cicatrice obducendae erant, bene coaptatae.

B. B. Cicatrix post strumae exstirpationem feliciter peractam adhuc residua.

C. Cicatrix, quae post ligaturam arteriae thyreoideae superioris relicta est.

# SPHALMATA GRAVIORA.

| Pag. | Lin. | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 3. | 26. | ab inf. | *Soemmering* | leg. | *Soemmerring.* |
| 8. | 17. | - - | *Cuiver.* | - | *Cuvier.* |
| 7. | 22. | - - | imperalis | - | imperialis. |
| 14. | 12. | - - | *Hallerius* | - | *Hallerus.* |
| 35. | 3. | - - | ad jacens | - | adjacens. |
| 45. | 30. | - - | suffocatoria | - | suffocatoriae. |
| 47. | 35. | - - | resorbtione | - | resorptione. |
| 70. | 32. | - - | *Herme* | - | *Hernie.* |
| 70. | 32. | - - | *Gultron* | - | *Goultron.* |
| 71. | 29. | - - | *Scacohus* | - | *Scacchus.* |
| 80. | 5. | - - | astro | - | astro : |
| 83. | 33. | - - | rependendás | - | repetendas. |
| 83. | 2. | - - | παχώων | - | παχέων. |
| 91. | 2. | - - | Lupiologie | - | Loupiologie. |
| 92. | 17. | - - | distentitur | - | distenditur. |
| 96. | 12. | - - | *Paussure* | - | *Saussure.* |
| 96. | 5. | - - | der Chir. pract. | | de Chir. prat. |
| 102. | 25. | - - | *Brodleett* | - | *Brodbett.* |
| 113. | 20. | - - | *D. Haenii* | - | *De Haenii.* |
| 131. | 13. | - - | wo | - | wie. |
| 133. | 19. | - - | atlandischen | - | atlantischen. |
| 137. | 10. | - - | in | - | an. |
| 138. | 31. | - - | einem | - | einen. |
| 138. | 20. | - - | *Klingenfurt* | - | *Klagenfurt.* |
| 140. | 22. | - - | *Potschapel* | - | *Potschappel.* |
| 141. | 1. | - - | Weisserritzwas: | | Weisseritzwas: |
| 167. | 8. | - - | *Hbernus* | - | *Hybernus.* |
| 177. | 13. | - - | nicht gut und- | | nicht genug. |
| 178. | 13. | - - | thörigste | - | thörichste. |
| 179. | 24. | - - | kommen | - | kamen. |
| 191. | 35. | - - | Eleossacharum | | Elaeosaccharum. |
| 192. | 17. | - - | cinamomo | - | cinnamomo. |
| 208. | 25. | - - | *Huxham* | - | *Huxhami* |
| 210. | 24. | - - | obsupescunt | - | obstupescunt. |
| 217. | 2. | - - | Eiersöcke | - | Eierstöcke. |
| 219. | 28. | - - | Phhysic | - | Physic. |
| 219. | 26. | - - | bis | - | usque ad. |
| 276. | 15. | - - | pernitiem | - | perniciem. |

NB. Denique in Lin. 12. ab inf. Pag. 20. addendum est: „Id quoque peculiare est, quod in plerisque mammalibus unica tantum arteria thyreoidea utrinque adcedat; in speciebus tamen nonnullis *Lalouette* l. c. duos aut tres ramos arteriae carotidis ad lobum singulum tendere vidit.“

## Sumptibus librariæ Weidmanniæ Lipsiæ prodierunt:

Andree, John, Abhandlungen über den venerischen Tripper und die venerischen Krankheiten überhaupt. Aus dem Engl. übersetzt und mit Anmerkungen versehen. gr. 8. 1781. 12 gr.

Andry u. Thouret Beobachtungen und Untersuchungen über den Gebrauch des Magnets in der Arzneikunst. Aus d. Franz. mit Kupfern. gr. 8. 1785. 1 Thlr. 4 gr.

Beer's, G. J., Pflege gesunder und geschwächter Augen; nebst einer Vorschrift, wie man sich in plötzlichen Zufällen an den Augen, welche nicht eine eigentliche medicinisch-chirurgische Kenntniss fordern, selbst helfen kann. Mit einer Kupfertafel. 8. 1800. 12 gr.

Bell's, Johann, Zergliederung des menschlichen Körpers. Nach dem Englischen durchaus umgearbeitet von Dr. J. C. A. Heinroth u. Dr. J. C. Rosenmüller. 1r u. 2r Theil; enthält den 1sten und 2ten Theil des Originals, oder die Knochen, Muskeln, Bänder und Gefässe. Mit 11 Kupfertafeln, sauber gestochen von J. F. Schröter. gr. 8. 1806. 1 Tlr. 16 gr.

— — — derselben 2r Theil.; enthält den dritten, vierten und fünften Theil des Originals, oder das Gehirn, die Nerven, die Sinneswerkzeuge, die Eingeweide des Unterleibes, die im Becken enthaltenen Theile und das lymphatische System. Zum Behuf des Selbststudiums und akad. Vorles. Mit 32 Kupfert., gestochen von J. F. Schröter. gr. 8. 1807. 2 Thlr. 20 gr.

— — — dasselbe Buch, 2 Theile. auf Schreibpapier. 5 Thlr. 4 gr.

Bell's, Benjamin, Abhandlung über den bösartigen Tripper und die venerische Krankheit. Aus dem Engl. übers. 2 Theile, mit 1 Kupfert. gr. 8. 1794. 2 Thaler.

— — — Abhandlung vom Wasserbruch, Fleischbruch u. andern Krankheiten der Hoden. Aus dem Engl., mit Zusätzen des Uebersetzers. Mit 1 Kupfert. gr. 8. 1795. 12 gr.

— — — Lehrbegriff der Wundarzneikunst. Aus d. Engl. nach der siebenten Auflage übersetzt; mit Zusätzen und Anmerkungen. 7 Theile. Dritte vermehrte Aufl., mit vielen Kupfrn. uud einem Register. gr. 8. 1804—1810. 13 Thlr. 12 gr.

— — — dasselbe Buch, 7 Theile. auf Schrbpap. 16 Thlr.

Bourgelat's, Herrn, Lehrbegriff der medicinischen Materie, oder Beschreibung der einfachen Arzneyen nach ihren Wirkungen, nebst den medizinischen Formeln, aus dem Franz. 8. 1766. 14 gr.

Bromfield's chirurgische Wahrnehmungen. Aus dem Engl. und mit einigen Zusätzen vermehrt; mit Kupfern. gr. 8. 1774. 1 Thlr. 8 gr.

Burdach's, Dr. u. Prof. Karl. Friedr., Physiologie. gr. 8. 1810. 2 Thlr. 18 gr.

— — — dasselbe Buch, auf Schreibpap. 3 Thlr. 6 Gr.

Cavallo, Tib., Versuch über die Theorie und Anwendung d. medicinischen Elektricität. A. d. Engl. Zweite vermehrte Aufl. Mit 1 Kupfrt. gr. 8. 1799. 6 gr.

Coe, Thomas, Abhandlung von den Gallensteinen. Nebst James Maclurgs Versuchen mit der menschlichen Galle, und dessen Bemerkungen über die gallichte Absonderung. Aus d. Engl. m. 1. Kupfert. gr. 8. 1783. 1 Thlr. 10 gr.

Cruikshank's, William, Geschichte und Beschreibung der einsaugenden Gefässe oder Saugadern des menschlichen Körpers. A. d. Engl. Mit einigen Anmerk. und Kupfert. vermehrt, herausgegeb. vom Dr. C. F. Ludwig. gr. 4. 1788. 2 Thlr. 12 gr.

— — — 2r Bd. s. Mascagni. 3 Thlr. 12 gr.

— — — 3r Bd. oder neueste Beiträge zur Geschichte u. Beschreibung des menschlichen Körpers, aus Cruikshank's neuesten Ausgaben u. andern Schriften über diesen Gegenstand, vom Dr. C. F. Ludwig. Mit Kupfern. gr. 4. 1794. 1 Thlr. 12 gr.

Dobson's, Matth., Abhandlung über die medicinischen Kräfte der fixen Luft. Aus d. Engl. übersetzt, u. mit einigen Anmerkungen und Zusätzen versehen. gr. 8. 1781. 12 gr.

Duncan's, Andreas, Krankengeschichten nebst einigen Bemerkungen darüber. Aus d. Engl. übersetzt. gr. 8. 1779. 14 gr.

Falk, N. D., von dem Quecksilber und dessen Kräften bei verschiedenen Krankheiten. A. d. Engl. gr. 8. 1777. 14 gr.

Fawcet's, Benjamin, über Melankolie, ihre Beschaffenheit, Ursachen und Heilung, vornehmlich über die sogenannte religiöse Melankolie. Aus d. Engl übers. von Joach. Fried. Lehzen. 8. 1785. 8 gr.

Fest's Winke aus der Geschichte eines Augenkranken zur bessern Behandlung schwacher und noch gesunder Augen. 8. 1793. 10 gr.

Finke, Dr. Leonhard Ludwig, Versuch einer allgemeinen medicinisch-praktischen Geographie, worin der historische Theil der einheimischen Völker- u. Staaten-Arzneikunde vorgetragen wird. 3 Bände. gr. 8. 1792—95. 7 Thlr. 12 gr.

— — — Ebendasselbe auf Schreibpapier. 3 Bände. 9 Thlr.

Foot's, Jesse, Abhandlung über die Lustseuche und die Urinverhaltungen. A. d. Engl. übersetzt von Dr. G. C. Reich. 1r u. 2r Band. gr. 8. 1793. 94. 2 Thlr.

Gardiner's, Dr., Joh., Untersuchungen über die Natur thierischer Körper, und über die Ursachen und Heilung der Krankheiten. A. d. Engl. Nebst einem Aufsatze über die Bestimmung unsrer Begriffe von der Lebenskraft durch die Erfahrung von Dr. E. B. G. Hebenstreit. gr. 8. 1786. 16 gr.

Georget, Dr. M., über die Verrücktheit. Aus dem Französ. übersetzt und mit Beilagen vom Prof. Dr. J. C. A. Heinroth. gr. 8. 1821. Auf Druckpapier. 1 Thlr. 18 gr.

— — — Dasselbe Buch auf Schreibpapier. 2 Thlr.

Grant's, Wilh., Beobachtungen über d. Natur u. Heilung d. Fieber. A. d. Engl. 2 Theile. zweite vermehrte u. verbess. Ausg. gr. 8. 1791. 2 Thlr. 12 gr.

Grant's, Wilh., neue Beobachtungen über die ansteckenden, faulichten, wie auch über die epidemischen Catarrhalfieber und Halsentzündungen. A. d. Engl. gr. 8. 1778. 14 gr.

Gruner's, Dr. Christ. Gottfr. Bibliothek der alten Aerzte in Uebersetzungen und Auszügen. 1r u. 2r Band. gr. 8. 1780 u. 1782. 3 Thlr. 12 gr.

Harles, Dr. J. Chr. Frid., Opera minora academica, physiologici, medico-practici et antiquarii argumenti. Vol. I. 8. maj 1815. 1 Thlr. 18 gr.

— — — Idem liber, charta script. gall. 2 Thlr.

— — — Handbuch der ärztlichen Klinik. Ir Bd. 1ste und 2te Abtheil. Enthaltend die Grundzüge der allgemeinen Biologie und d. allgem. Krankheitslehre. Als Einleitung und theoret. Grundlage; auch zum Gebrauche bei dem akadem. Unterricht. gr. 8. 1817. Auf Druckpapier. 3 Thlr.

— — Dasselbe Buch, auf Schreibpapier. 3 Thlr. 12 gr.

Auch unter dem Titel:

— — Grundzüge der allgem. Krankheitslehre mit den Elementen der allgem. Biologie und der Physiologie des Menschen insbesondere. Als Einleitung und Grundlage zu seinem Handbuch der ärztlichen Klinik u. s. w. gr. 8. 1817.

Hillary's, Wilh., Beobachtungen über die Veränderungen der Luft, und die damit verbundenen epidemischen Krankheiten auf der Insel Barbados, nebst einer Abhandlung von dem faulichten Gallen- oder dem sogenannten gelben Fieber, und von andern Krankheiten, die in den Westindianischen Inseln oder im heissen Erdgürtel einheimisch sind. Aus d. Engl. nach der 2ten Ausgabe übersetzt, nebst einer Vorrede und einigen erklärenden Anmerkungen von Joh. Christ. Gottl. Ackermann. 8. 1776. 14 gr.

Hunter's, John, natürliche Geschichte d. Zähne und Beschreibung ihrer Krankheiten, in 2 Theilen. Aus dem Englischen. Mit Kupfern. gr. 8. 1780. 1 Thlr. 4 gr.

— — — — Abhandlung über die venerische Krankheit; aus dem Engl. mit 3 Kupfert. gr. 8. 1787. 2 Thlr.

— — — Bemerkungen über die Krankheiten der Truppen in Jamaika u. die besten Mittel, die Gesundheit der Europäer in dem dasigen Klima zu erhalten. Aus d. Engl. gr 8. 1792. 16 gr.

Kämpf's, Joh., für Aerzte und Kranke bestimmte Abhandlung von einer neuen Methode, die hartnäckigsten Krankheiten, die ihren Sitz im Unterleibe haben, besonders die Hypochondrie, sicher und gründlich zu heilen. Dritte vermehrte und verbesserte Auflage, mit 1 Kupfert. gr. 8. 1821. 1 Thlr.

— — — Ebendieselbe zum Gebrauch nicht medicinischer und kranker Leser in Auszug gebracht von G. W. C. Müller, mit Kupfern. 8. 1788. 8 gr.

Ludwigii, D. C. F. de quarundam aegritudinum humani corporis sedibus et causis tabulae sedecim meditationibus nonnullis illustratae. Fol. maj. 1798. 8 Thaler 12 gr.

— — — Dr. Chr. Gottl., Adversaria medico-practica. Vol. I. Pars I — IV. 8. mai. 1769—70. 1 Thlr. 16 gr.

— — — Vol. II. P. I—IV. 8. maj. 1771—72. 1 Thlr. 16 gr.

— — — Vol. III. P. I—IV. 8. maj. 1772—74. 1 Thlr. 16 gr.

Marcard's, Dr. H. Matthias, medicinische Versuche, 2 Theile, 8. 1778. 1 Thlr. 8 gr.

Mascagni's, Paul, Geschichte und Beschreibung der einsaugenden Gefässe oder Saugadern des menschlichen Körpers. Aus d. Lateinischen; mit Anmerk. u. Zusätzen vermehrt herausgeg. v. Dr. C. F. Ludwig. Mit Kupfern. gr. 4. 1789. 3 Thlr. 12 gr.

— — — 1r. Bd., s. Cruikshank. 2 Thlr. 12 gr.

— — — 3r. Bd., s. Cruikshank. 1 Thlr. 12 gr.

Tab. I.




Hedenus ad nat. del.

I. F. Schröter sc. Lipsiae.

Tab. I




Hedenus del.

J. F. Schröter sc.

Tab. III.




Hedenus del.

J. F. Schröter sc.

Tab. II




...edenus del. J. F. Schröter sc.

Tab. V.




Hedenus del.

I. F. Schröter sc.